BREUIS TRACTATUS DE EPISCOPIS, PAROCHIS, PRAEDICATORIBUS, CONFESSIORIBUS, ...

Alonso : de Madrigal, Giovanni Battista Coccini




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 G
5

BREVIS TRACTATVS

DE EPISCOPIS,

PAROCHIS, PRAEDICATORIBVS, CONFESSORIBVS,

Sacerdotibus, Clericis, Pœnitentibus, Prælatis Religiosorum, de Religiosis, & Mortis consideratione, & de cognitione sui ipsius.

PER REVER. PATREM FRATREM

ALFONSVM DE MADRIGAL, LECTOREM

Ordinis Prædicatorum, Prouintiæ Regni oriundus, de la Villa d'Escalona Toletanæ Diœcesis.



AD ILLVSTR. ET EXCELL. DOMINVM

DON IVAN FERNANDEZ PACHECO

Marchionem de Villena, Ducem Escalonæ, Comitem de S.Estefano,& Giquena,Dominum de los Alumbres,y de la Villa de Belmonte, Alarcon,Xorquera,Castelli de Garcimuñoz,Militem Ordinis del Tuson, Regi Catholici Consiliarium, & suæ Maiestatis apud Sanctissimum Dominum Clementem VIII. Oratorem.



Ex legato Ill.mi Cocini

NEAPOLI, Apud Ioan. Baptistam Subtilem. 160[illegible]

CVM LICENTIA SVPERIORVM.

ILLVST.^{mo} ET EXCEL.^{mo} D.

D. IVAN FERNANDEZ PACHECO, MARQVIONI DE VILLENA,

Duci Escalone, Comiti de Sancto Stefano, & Giquena, Domino de los Alumbres, y de la Villa de Belmonte, Alarcon, Xorquera, & Castelli de Garcimuñoz, Militi Ordinis del Tuson, Regis Catholici Consiliario, & suæ Maiestatis apud Sanctissimum Dominum Clementem VIII. Oratori.

Frater Alfonsus de Madrigal Escalonensis eius humilissimus vassallus S. P. D.

TE quidem, minimè latere censeo (Illustr.^{me} & Excellen.^{me} Domine) plerosque fuisse quibus visum fuit, suorum laborum, vigiliarum, manifestare signa, vt se exponerent, diuersis muneribus, & praemijs, quae in virtutum, rebus laborantibus, conceduntur; & vt non frustra vitae suae tempus expendisse, demonstrarent; ita ego qui me in literarum studijs ab incunabulis ope-

ram dedi, ne quidem in vacum dies, et annos meos consumpsisse viderer talium sententiae, conformari volui: non mihi laudes, vel huius mundi gloriam comparandi cupiditate, (vana enim atque caduca est non consistit) sed tantùm ad vtilitatem eorum qui res Ecclesiae administrare tenentur, sicuti milites illi, qui sunt ex nobili prosapia nati, in bello sectantes vexilum suae congregationis toto animi conatu, curant prae caeteris omnibus, id est inter omnes alios esse praestantiores, ponentes vitam illorum multoties periculo perdendi illam, & hoc faciunt, vt ostendant nobilitatem suae personae, & amorem, quem circa suum Regem, & Dominum habent, & similiter propter praemium quod ab eo sperant, qui cum sit Rex magnificus de more habet, idest, est cõnaturale ipsi illos praemiare, qui in conflictu belli se ostendunt meliores, & animi fortiores: ita ego (Excell.me Domine) ex nobili prosapia natus, & simul humilis Excellentiae suae vassallus, tales milites imitari volui, quapropter imitatione illorum sequens vexilum meae Religionis, idest reperiens me semper in choro scilicet in Officijs Diuinis recitandis, & in alijs spiritualibus exercitijs, & sanctis laboribus, in quibus caeteri Religiosi solent esse occupati in suae Religionis seruitio in temporibus, videlicet

quae


quae conceduntur Religiosis ad dormiendū quietem, vel recreationem dormire, ego nolui nec quietem corpori meo dare, nec recreationem accipere, sed volui magnam istarum rerum partem, quamuis mihi necessaria erat, tollere à corpore meo, & curaui in his temporibus laborare, scilicet literis operam dare, vt isto modo possim hoc breue Tractatum mittere in lucem. Denique volui hunc laborem mecum assumere in vtilitatem ministrorum Ecclesiae, qui in sanctitate, castitate, oratione, deuotione, & in caeteris alijs virtutibus debent esse omnibus alijs praestantiores, (sunt enim electi ad Deum laudandum) curent habere secum partes sibi necessarias ad tam altum, & tam magnum ministerium, vt isto modo sint grati Patri suo aeterno, qui est Deus, à quo tenentur habere praemium, quod est gloria, & beatitudo. Tandem (Excellentissime Domine) postquam hunc meum laborem in lucem edere curaui, nulli alteri quàm Tuae Amplitudinis tutelae committendum duxi: sub cuius protectione in publicum exeuntem pro certo habeo detractorē neminem in eum esse latraturum: secutus sum morem prudentis agricolae, qui solet nouas & debiles plantas arboribus fortibus, & magnis ligare, vt fauore talis adiutorij sustententur, & à magnis ventis liberentur, vt isto

modo possint crescere. Ita ego volens hunc meum laborem, vt haberet defensionem, auxilium contra illos, qui ad approbandum laudandum bona sunt veluti homo surdus, ad reprobandum verò opera aliena sunt loquaces, Tuae Magnitudini dedicare curaui, vt talis meus labor vtilis sit, & in eo Deus glorificetur: Decebat enim hos meos labores multis de causis à me Tibi omnium primo fuisse dicandos, quia te semper ego, vt subditus, amaui, colui, obseruaui, quapropter illos illa mente tuae amplitudini trado, vt apud te sint perpetui pignus mei amoris summi, quo te prosequor, & semper habui: aliàs verò causas, quae ad hoc me compellerunt, nolui declarare, vt non praebeam aliquam notam adulationis, cum ego, vt dictum est, non solùm sim vassallus, sed etiam Excellentiae vestrae conterraneus, & parentes mei omnes. Denique causae quae ad hoc me compellerunt, sunt omnibus manifestae, & poterunt à sua Excellentia impetrare, vt recipiat illo generoso animo quo soles hoc sui humili capellani, ac vassalli breue munusculum, & humile seruitium. Et similiter poterunt impetrare, vt eum Excellentia sua velut rem propriam sui ipsius habeat, defendat, ac tueatur, ita vt per vniuersum mundum deambulare, & ab omnibusq; videri libere valeat; nam quam-

uis

uis tale munusculum, vel humile seruitium, sit paruulum respectu Excellentiae suae, cui offertur; nam non ignoro, quod ad magnos Principes magna requiruntur, tamen est magnum respectu offerentis, qui non plura, nec maiora offerre valet; nam, vt Plutarchus ait, non minus illustrat, & magnificat Principes magnos acceptare alacri animo paruula seruitia, quàm facere, vel condonare magna, & recepere Excellentia sua, vel admittere in suam protectionem hoc opus meum, erit mihi magnum, quia hoc poterit operi meo dare creditum auctoritatem, quae non potest dare capacitas, & valor mei intellectus. Ideò Deum Optimum Maximum precari non sinam, vt te incolumem seruet, visitet, atque defendat, & post hanc transitoriam, momentaneam, breuemq; vitam aeternam illam veram foelicem atque beatam tibi concedat. Vale.





EX MANDATO ADMODVM REVErendi Patris nostri Prouincialis, Prouinciæ Regni qua potui attentione vidi, perlegi, & euolui Tractatum hunc continentem multa, quæ pro diuersis statibus hominum faciunt, editum ab eruditissimo, necnon à sapientissimo Lectore Patre Fratre Alfonso de Madrigal nostræ Prouintiæ Regni, & in eo non solum non reperi aliquod, quod nostræ Fidei, Conciliorum, Decretis, & Ecclesiæ dogmatibus, rectis moribus, & Sanctorum Patruum Doctrinæ esset aduersum, verum totum opus grauissimis considerationibus mirum quodam ingenio, & acumine pollentibus constat, quapropter omnibus vtilissimum fore sit typis mandetur iudico. Datum in Conuentu Sancti Petri Martyris de Neapoli, die vltima Nouemb. 1603.

Fr. Ioannes Baptista de Campania, Sacræ Theologiæ Doctor, & Verbi Dei concionator.



FR. THOMAS DE PONTE CVRVO Magister, & Regens, ex commissione admodum Reuerendi Patris nostri Prouincialis Prouinciæ Regni vidi hunc Librum, & nihil inueni in eo contra Fidem nec contra bonos mores, & ideò desiderat vt citius imprimatur, quia iudicat multum proficere, & maxi, mam apportare vtilitatem. Datum in Conuentu Sancti Dominici de Neapoli, die 7. Ianuarij 1604.

Frater Thomas de Ponte Curuo Magister, & Regens.


NOS

NOS FRATER PAVLVS MINERVA Barensis, Sacræ Theologiæ Lector Ordinis Prædicatorum, & Prouinciæ Regni humilis Prior, Prouincialis eis potissimum, quos in vinea Domini, vt strenuos operarios continuo labore cognoscimus, ac talenta sibi à Domino donata in Christi obsequium, Religionisq; nostri decus, gloriosè, & fœliciter negotiari, & suis tùm priuatis, tùm publicis studijs Rempublicam Christianam mirum in modum iuuari posse compertum habemus, nedum quæ penes nostram sunt potestatem libenter impartiri debemus, prout libentissime impartimur, sed etiam laborum suorum vberrimos fructus, vt in lucem producant, in proximorum vtilitatem, cum non nobis tantum natissimus plurimum satagere debemus, ea de causa tenore præsentium nostri auctoritate officij tibi Reuerendo Patri Lectori Fratri Alphonso de Madrigal licentiam concedentes; præcipimus in merito sanctæ Obedientiæ stante approbatione Reuerendorū Patruum Deputatorum, vt impressioni mandare, & in lucem valeas hoc opus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Datum Neapoli in nostro Conuentu Sancti Dominici, die 18. Ianuarij 1604.


Frater Paulus Minerua Barensis Lector, & Prouincialis Regni.



EPI-



EPISTOLA AVCTORIS AD LECTOREM.



ANimaduerte Lector, quòd in hoc breui Tractatu nonnulla reperies de virtutibus Episcopi, Parrochi, Prædicatoris, Confessoris, Sacerdotis, Clerici, Prælati Religiosorum, & ipsorum Religiosorum. Et similiter reperies nõnulla etiam pœnitentibus necessaria ad receptionem Sacramenti Confessionis, & communionis. Et similiter reperies nonnulla etiam de Mortis consideratione, & de Cognitione sui ipsius. Recipe igitur deuote Lector charitate totũ quod in hoc breui Tractatu offertur, & declaratur, sub correctione non solùm Sanctæ Sedis Apostolicæ, vbi Sanctitas Summi Pontificis, Pastor vniuersalis, præsidet, sed etiam

sub

ſub correctione cuiuſcunq; qui in his melius iudicauerit, quem ſupplico æquitate hunc meum laborem reſpiciat, & ſi quid in eo gratum ſibi reperiat, gratias Deo agat, à quo omne bonum procedit: ſi autem quid ingratum reperiat, tribuat hoc ignorantiæ mei intellectus, qui non valuit magis rem ipſam penetrare. Et ſimiliter bonum meum deſiderium ſuſcipiat, volendi in omni re veritatem oſtendere, & ſingulis ſatisfacere, quia realiter in noſtris temporibus eſt tanta malitia, & ſuſurratio aliquorum, qui nunquam ceſſant redarguere, & rebus bonis contradicere (quiero decir que ay algunos que nunca les falta, que notar, y que reprehender no ſiendo ellos para hacer coſa buena.) Quapropter hæc eſt cauſa, quare multi Scriptores qui quidẽ multa ſcripſerunt, timentes inuidioſam rabiam iſtorum ſcorpionum habuerunt, pro meliore re haberi, por couardes en no dar lugar, que ſus obras, y eſcriptos ſalieſen aluz, que de animoſos, procurando de que ſalieſen aluz. Sed tamen ego nec propter timorem vnius, vel alterius nolui omittere meam intentionem executioni mandare, habendo apud me in maiori prætio fauorem paucorum pruden-

tium,

tium, quàm damnum multorum ſtultorum, quod mihi venire poteſt. Vnum hoc, opus legenti peto in præmium, ſcilicet mei laboris, quòd quamuis hic breuis Tractatus illa eloquentia neceſſaria careat, & congrua latinitate, atque orthographia, & ſimul multa ſint in eo in vulgari ſermone ſcripta, vt ea quæ in ipſo ſunt facilius, ab omnibus intelligantur, & quia multis viſum fuit, vt ea quæ ad deuotionem pertinent, in vulgari ſermone ſcribantur, ad maiorem animi conſolationem, & lætitiam; nihilominus tamen cum charitatis amore aſpiciantur, vt dictum eſt ſuprà, ita vt in omnibus, quæ in ipſo ſunt, Deus ſit laudatus, ſeruitio, cuius principaliter hoc opus factum eſt.

Vale.



BRE-

BREVIS TRACTATVS DE EPISCOPIS,

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonsum de Madrigal oriundum de la Villa Descalona, Toletanæ diœcesis, Ordinis Prædicatorum.

De proprietatibus, & virtutibus Episcopi.



PISCOPVS est nomen Græcum, dictum ab Epi, quod est super: & scopos, vel Episcopi, quod est intendere, quasi superintendens, quia superintẽdit Laicis, & Clericis sibi commissis, eo quòd Subditorum mores, & vitam speculatur; Et si in hoc negligens fuerit, erit in peccato mortali. Debet esse Episcopus homo irrepræhensibilis; nullum habens defectum; quia offitium proprium ipsius est vitia Subditorum redarguere, Euangelium Dei prædicare, declarando sensum illius: Quapropter debet habere secum omnes virtutes, vt à nullo possit repræhendi; omni enim vitio macula, & imperfectione carere debet ille, cui conuenit Euangelium Dei prædicare, omnes alios docere, & aliorum vitia redarguere: Et simul Episcopus tenetur conuincere contradicentes sanæ doctrinæ, quia est Pastor animarum. Denique Episcopus non solum debet esse vitæ irreprehensibilis vt nullum peccatum committat, sed debet esse exemplar virtutis Subditis, nã est Ciuitas super montem posita; & similiter est lux, quæ sic debet lucere, vt Subditi videant eius opera bona, & glorificent Deum Patrem, qui in cœlis est.


Status Episcopi requirit maiorem perfectionem, quam status cuiuslibet Religiosi, etiam Ordinis Carthusianorum. Nam Episcopus tenetur esse forma, & regula omnis perfectionis & virtutis, & abnegationis mundi, & eius pompæ. Christus Dominus noster non promisit Petro huius mundi gloriam, sed paradisi; quapropter Episcopus debet spernere huius mundi gloriam. Et similiter Episcopus debet esse speculum mortificationis in omnibus affectionibus humanis, & in paupertate spiritus, castitate, honestate, & super omnia in charitate, & liberalitate circa pauperes, & peregrinos. De-

nique Episcopus debet esse totus spiritus, tanquam si non haberet corpus: & totus lux, & totus sal terræ: aliàs si istæ omnes proprietates, & virtutes, quæ rarò simul in vno inueniuntur, non essent necessariæ in Episcopo in tali casu quamplurimi inuenirentur volentes esse Episcopum, & simul in tali casu Episcopi non haberentur in tanto honore. Denique Episcopatum tenetur deponere, qui non est ad eum idoneus, idest qui non habet necessaria. Sed de hac re vide inferius clarius titulo Consideratio Episcopis circa Confessores.

SED dicet aliquis, An Religiosus præcepto sui Prouintialis, aut Generalis possit compelli contra suam voluntatem ad acceptandum Episcopatum? Respondetur quòd non, nisi solum à Summo Pontifice, cui incumbit cura vniuersalis boni communis, & in tali casu iussus à Papa, tenetur acceptare, nisi certò sciat se indignum esse. Ratio est, quia Prælatus non potest augere votum subditi, quod maximè augeretur per receptionem Episcopatus, propter obligationem maioris perfectionis, quam supra se imponeret Religiosus acceptando Episcopatum.

EPISCOPVS aduertere debet primò, quòd in salutē animarū debet incumbere: Secundò, quòd non potest suarum ouium curam deserere absq; concessione spetiali Summi Pontificis. Tertiò, quòd sine licentia illius non potest ingredi religionem. Sed est aduertendum primò, quòd si quis postquam factus est Episcopus, voueat ingressum religionis, tenetur illud adimplere, scilicet eo modo, quo potest; idest petendo primò licentiam resignandi Episcopatum à Summo Pontifice. Aduertendum est secundò, quòd si quis habens votum religionis eligatur in Episcopum, tenetur prius adimplere votum. Curati verò, Archidiaconi, & Canonici possunt ingredi religionem, etiam inuito Episcopo; & ideo si faciant votum religionis tenentur illud adimplere. Religiosus verò factus Episcopus, si relinquat Episcopatum non tenetur redire ad religionem.

Medina de instructione Confessorum lib.1.cap.16.§.1. Tuanez de Iustitia q. 63.art.2. Henrriquez lib.10. de Sacramento Ordinis cap.32. §.20. Toletus de instructione Sacerdotis lib 5.cap.4. Syluester verbo Religio 2.§.8. & §.20. & verbo Votum § 1 & 2. & verbo Electio 1.§.23. & verbo Episcopus §.1. Ludouicus Lopez lib.1.cap.56. Aphorismi Confessariorum titulo Episcopus fol.152.



Consi-

Consideratio Episcopis.



AGNVM pondus imponit supra se qui acceptat esse Prælatum ob conditiones, quas secum habere debet, & obligationes quas obseruare tenetur: quapropter subditi habent modum, idest (Aparejo) conferendi se in Deum, videlicet quietudine, Prælatus verò non sic, sed labore, & periculo magno: nam si non facit id quod debet, & tenetur habet pro certo infernum; Si verò faciat id quod debet & tenetur, habet secum magnum laborem. Nota que las Prelacias, y officios grandes, aunque sean muy honrrosos, son muy peligrosos. Sed de hac re vide clarius in materia de Religiosis, titulo de Monacho solitario. Consideratio in medio illius capituli.

PRAELATVS considerare debet, quòd quãuis in sua persona sit sanctæ vitæ, idest secundum suos mores, taliter, vt si Deus iudicat illum in quantum est persona particularis mereatur cœlum; sed quia est Prælatus, & non habuit curam, quam Prælati debent habere suorum Subditorum Deus condemnabit illum. Et quis est, qui velit ponere salutem animæ suæ in periculũ? Dara el Rei y el Prelado doblada cuẽta vna de como viuio, otra de como gouerno. Secundo Prælatus considerare debet, quod non solum tenetur reddere rationem de anima sua, sed etiam de animabus aliorum; & quod in illo tribunali Dei non parum faciet vnusquisque reddendo solum rationem de anima sua, idest de peccatis sui ipsius, absque eo quòd teneatur reddere rationem de peccatis aliorum, quæ ipse non commisit. Tandem quis est, qui velit se obligare ad persoluendum, quod alij manducauerunt? por peccados dellos subditos castiga Dios al perlado y a ellos por su peccado. Tertiò Prælatus cõsiderare debet, quòd durissimè à Deo est iudicandus, vt habetur Sapientiæ.6. Et quis est, qui vult à Deo iudicari durissimè? Quapropter melius, & tutius, ad exemplum Sanctorum, est recusare Episcopatum oblatum. De multis enim Sanctis legitur detractasse hoc munus Episcopale, humiliter existimantes tanto pondere vires pares se non habere. Et multi Religiosi, idest homines sanctæ vitæ, & doctrinæ salubre votum emittunt non ambiendi Episcopatum, & oblatum non acceptandi, nisi sub præcepto obligentur.

NOTA primo secundũ multorũ Doctorũ opinionem, quòd in nullo casu licet Prælaturã appetere nisi solũ in tẽpore necessitatis, quãdo videlicet nõ videt quis vnde cõpetenter de bono Pastore prouideatur; & hoc non absolutè, sed à Deo, non vt præsit, sed vt prosit; non propter libertatẽ habendã, vel imperiũ, sed causa laborãdi in vinea Dñi. Denique licitũ est habere hoc

desiderium, Vellem quòd Deus me dignum iudicaret, & faceret, vt alijs pro desse possim; quia velle prodesse alijs est laudabile; & velle promoueri per Deum non est præsumptuosum. Nota pro declaratione dictorum, quod quando Apostolus in primitiua Ecclesia dixit. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, id est laborem alijs vtilem desiderat, si fortè humeros habeat pro tali offitio. Notà secundò, quòd nomen illud (opus) en vulgar significa la fatiga y el trabaxo, por tãto el que quiere ser Perlado se obliga à fatigar y à trabaxar continuamente, de suerte que no puede tomar recreacion sin escandalo. nos a co Dios à Sanct Pedro de lamar para holgar sy no para trabaxar de pescador le dio oficio de Pastor.

Nota tertiò, quòd in illo tẽpore Apostoli scilicet primitiuæ Ecclesiæ desiderare Episcopatum erat bonum, quia sine dubio eo ipso quòd quis erat Episcopus erat primus ad suscipiendum martyrium en la primitiua Ecclesia quien deseaua ser perlado queria ser martirizado.

Nota pro declaratione, que desde el tiẽpo que Christo nuestro Señor murio hasta el de Constantino magno passaron mas de dozientos años, en los quales ninguno fue Pontifice en la Iglesia de Dios, que no fuesse de alguno perseguido, ò coronado de martyrio. Finalmente la Prelatura antiguamente era via al martyrio. Nota similiter pro declaratione, quòd Apostolus nõ dixit qui Episcopatum desiderat bene desiderat, sed solum bonum opus desiderat. Entonces entenderas, que la Prelatia te viene da parte de Dios quando no la procuras, ni deseas.

Nota secundò similiter secundum multorum Doctorum opinionẽ, quòd ille, qui Prælaturam, vel huius mundi imperia offitia magna quærit, ignorat quid faciat. Primò, quia istæ res sunt parum duraturæ, cùm vita hominis sit breuis. Secundo quia sunt laboribus, & periculis plenæ, nam curæ, & solicitudines sunt filiæ illarum. Tertiò quia non sine labore magno adquiruntur ea, quæ mundus dat. Quartò quia istæ res in tempore mortis nobis nón proderunt, sed potius ponent salutem animæ nostræ in maiori periculo. Denique mors declarat vanum esse laborem quærendi Prælaturam, & huius mundi imperia cum in tali tempore nihil nobis prosint, aut valeant, sed potius animam nostram perturbent propter rationem abstrictam de illis Deo reddituram. Quintò, quia ille, qui Prælaturam, vel huius mundi imperia habet, velit nolit debet se subijci alicui pœnæ: dolores enim sunt res propriæ omnium prosperitatum, & imperiorum, quia si prospere habenti illa eueniunt videlicet secundum eius desiderium, viuit cum timore perdẽdi quod possidet. Denique timet valdè mortem ne priuet eũ illo gaudio; nam hoc est aduertendum, quod quanto melius homo se habet in hoc mundo, & est contentus sua prælatura, vel offitio, tanto plus timet non solum ammittere talem statum iocundum sed & vitam denique quotiescunque de morte quæ est res certa, circa quam nullum est remedium recordatur tristatur, & totũ gaudium illius conuertitur in tristitiam; si autem malè sibi eueniunt viuit cum dolore de his quæ patitur: quapropter nullum remedium magis vtile

inue-

inuenitur ad securitatem animæ nostræ, & ad tranquillitatem vitæ præsentis, quàm paruipendere has res tanquam manifestè periculosas, animam nostram in vita, & maximè in morte perturbantes, vt homo sine tali periculo possit peruenire ad salutis portum vitæ æternæ. Denique non est maior consolatio quàm nihil velle ab isto mundo, sic melius homo poterit amare Deum. Iustus enim tantò maiorem partem habet in Deo gaudio animæ nostræ, quantò minus diligit ea quæ sunt huius mundi. Dize vno de los siete Sabios de Grecia. Qual es el hombre mas rico, que en todo el mundo sea, es el que nada desea. Sed de hac re vide clarius in materia de Religiosis, tit. de Monacho solitario consideratio in fine; & in materia de Prælatis Religiosorum, tit. consideratio Prælaturam desiderantibus.

Sed dicet aliquis, Multi in Prælaturis, in Imperijs, diuitijs, honoribus viuentes amici Dei fuerunt? Respondetur, quòd maxima differentia est nauigare mare tranquillo, in quo omnes nauigare possunt, & nauigare mare conturbato, in quo necesse est omnia bona nauis proijcere in mare, vt possit ad portum peruenire. Ita magna differentia est inter nostra tempora, & præterita; in temporibus præteritis mare erat tranquillum, idest patres nostri parum manducabant, pænitentiam secum agebant, humiliter vestiebantur, humilitate, castitate, charitate, oratione, & deuotione pleni erant; diuitijs vtebantur tanquam famulis; Denique quamuis effectu diuites erant, non tamen affectu, quia diuitias non diligebant, sed illas possidebant, ac si non possedissent, habebant se vt verè pauperes, quamuis essent pleni diuitijs, & quamuis corpore in hoc mundo erant, tamē corde, & amore in cœlo habitabant, sed modò, idest in nostro tempore in quo mare est inquietum, idest mundus est malitia, & vanitate plenus, Prælaturæ, & Imperia in multis non seruiunt nisi auxilium præbere superbiæ, & vanitati & diuitiæ non seruiunt nisi auxilium, vel fauorem præbere delitijs, & huius mundi pompis. Quapropter nullum remedium magis vtile inuenitur quàm paruipēdere has res tanquam manifestè periculosas spiritui nostro, vt homo sine tali periculo possit peruenire ad salutis portum vitæ æternæ. Istæ enim res, vt dictum est superius, in tempore mortis non proderunt, sed potius ponent salutem animæ nostræ in maiori periculo; sed de hac re vide clarius in materia de Religiosis titulo de Monacho solitario consideratio in medio illius capituli, & in materia de Prælatis Religiosorum, titulo consideratio Prælaturam desiderantibus.

Stella de vanitate mundi lib. 1. cap. 25. & sequen. & 2 p. cap. 1. & sequentib. Dominicus Valtaña lib de Doctrina Christiana fol. 129. & fol. 235. Philippus Diaz in sermonibus Quadragesimæ p. 3. fol. 505. num. 17. Fr. Franciscus de Osuna 5. p. del Abecedario spiritual tractado 2. cap. 17 fol. 218. Henriquez lib. 10. de Sacramento Ordinis cap. 32. § 2. Syluester verbo Episcopus § 4. Frat. Antonio de Gueuara en el Oratorio de Religiosos cap. 19. fol. 95. Melchior de Sancta Cruce 1. p. fol. 5. & lib. 2. fol. 2. & 3. Fr. Thomas Ellisius de arcanis religionis Christianæ de articulis fidei fol. 138.

De Episcopo circa eleemosynam Missae taxandã.



ED dicet aliquis, An Episcopus possit augere eleemosynam Missæ, id est ponere hãc legem, vt pro celebratione Missæ detur Sacerdoti in eleemosynam vn Real, vel magis, scilicet in terra, vbi eleemosyna solita dari pro celebratione Missæ erat medio Real, vel ita minima, vt non sufficiat Sacerdoti ad emendum Panem? Respondetur multos esse, dicentes, quòd Episcopus non potest ponere talem legem; & quòd si de facto illam ponat, quòd non erit bona: id est, multi dicunt, quòd Episcopus non potest augere eleemosynam Missæ; Ratio est, quia non potest esse, quin ex tali augmento elemosinæ Missæ magnum scandalum veniat Populo Christiano, existimanti in tali casu Missam pro pretio celebrari, vel quòd Missa sit prætio æstimabilis, quandoquidem eius eleemosyna augetur, & ideo non debet augeri. Secunda ratio est; quia si Episcopus adaugeat eleemosynam Missæ, videtur, quòd realiter faciat, & fit contra dignitatem Sacrificiorum, & Mysteriorum, & rerum Ecclesiæ; quapropter elemosyna Missæ non debet augeri. Tertia ratio est, quia Missa est gratis celebranda, est enim res spiritualis; idest Missa non est res vendibilis, aut emibilis; quia est inestimabilis pretij; & similiter Deus iubet, vt gratis celebretur; & ideo pro labore, quem patitur Sacerdos in celebratione Missæ mercedem à Deo recipiet. Quapropter multi Religiosi, idest homines sanctæ vitæ, & doctrinæ, his, & alijs multis de causis, quamuis pauperes nihil habentes celebrant Missam gratis, nolentes recipere aliquam eleemosinam pro illa, vt mysteria sancta Dei maiori puritate celebrentur, & fiant ad imitationem Beatorum Apostolorum; & Deus, qui passeres alit, solet Ministris suæ Ecclesiæ prouidere absque tali eleemosyna Missæ, & per consequens elemosyna Missæ non debet augeri. Quarta ratio est, quia si Episcopus adaugeat eleemosynam Missæ, & ponat (verbi gratia) hanc legem, vt pro celebratione Missæ detur in eleemosynam vn Real, vel magis in terra, vbi eleemosyna solita dari erat medio Real, vel minus, pauperes non poterunt pro se facere celebrare Missas, quod est maximum inconueniens. Quinta ratio est, quia non videtur, quòd sit res conueniens Episcopum velle augere eleemosynam Missæ hac de causa, vt præbeat cibum vni, aut duobus Sacerdotibus, qui inter alios Sacerdotes in Populo sunt pauperes non habentes vnde sustententur, nisi ex eleemosyna Missæ, quandoquidem sua malitia susceperunt, vel recipere voluerunt Ordinem Sacrum sine Patrimonio sufficiente, aut Beneficio ad suam congruam sustenta-

ſtentationem, vt S.Concilium præcipit cum ſimiliter poſſint quærere victũ per alia offitia, vel alio modo; vel quia poſt Ordinis receptionem gaudent otioſitate, nolentes dare operam literis, vt poſſint eſſe Confeſſores, Prædicatores, aut docere Grammaticam; Nam hoc eſt aduertendum, quod docere prima rudimenta literarum pueros, vel puellas non decet Sacerdotes, nec flagellare illos, niſi deficientibus alijs ad hoc idoneis, primo propter ſuam honeſtatem, caſtitatem, & Ordinis auctoritatem; Secundo ne dignitas eorum paruipendatur apud Sæculares, videntes illos tractantes, & ambulantes cum pueris, vel ſaltim poſſint laborare manibus ſuis in exercitijs non contradicentibus dignitati Ordinis Sacerdotalis. De quo vide Syluestrum verbo Clericus 3.§.2 & per conſequens eleemoſyna Miſſæ non debet augeri. Sexta ratio eſt, quia Eccleſia non inſtituit Miſſam ad alendos Sacerdotes pauperes, ſed potius præcipit, vt nullus in Saccerdotem ordinetur, niſi prius habeat Patrimonium, aut Beneficium ad ſuam congruam ſuſtentationem. Quapropter qui ſpe mendicitatis Sacros Ordines ſuſcepit, ſibi ſoli imputetur; id eſt ſuam mendicitatem æquo animo ferat, & per conſequens Epiſcopus his, & alijs multis rationibus, ſecundum multorum doctorum opinionem videtur, quod non poſſit augere eleemoſynam Miſſæ; & quòd ſi illam adaugeat non ſit bonum, quia realiter præbet eſcandalum.

HIS nõ obſtantibus dicendum eſt, quod Epiſcopus in ſua Dioceſi poteſt taxare eleemoſynam Miſſæ, id eſt poteſt ponere hanc legem, vt pro celebratione Miſſæ detur Sacerdoti in eleemoſynam vn Real: id eſt, poteſt ponere illud, quod illi videbitur eſſe iuſtum, primo, quia ita habet conſuetudo: nam talis eleemoſyna non ponitur in prætium, vel in mercedem rei exhibitæ, Sed ſolum ponitur tanquam pium debitum per cõſuetudinem laudabilem. Secundò ad euitanda ſcandala, & ſacrilegia, quæ in exactionibus eleemoſynarum pro Miſſis celebrandis poterant venire. Sed eſt aduertandum, quòd Epiſcopus non poteſt ponere aliquam excommunicationem, vel pœnam contra Sacerdotes minorem eleemoſynam recipientes pro celebratione Miſſæ ex eleemoſyna ab ipſo conſtituta. Sicut (verbi gratia) lex eſſet iniuſta, & mala, ſi Rex, vel Reſpublica poneret hanc legem, vt nullus poſſit vendere triticum minori prætio decem Realium pro quolibet tumulo, o hanega; ita lex eſſet iniuſta, & mala, ſi Epiſcopus præcipiat Sacerdotibus, vel per ſuam legem, aut Conſtitutionem Synodalem, vt nullus recipiat minorem eleemoſynam pro celebratione Miſſæ ex eleemoſyna ab ipſo conſtituta per ſuam legem; & in tali caſu Epiſcopus non eſt obediendus in foro conſcientiæ, quia talis lex cum tali cenſura imaginem inducit prætij, vel mercedis pro celebratione Miſſæ, cùm ſecundum rei veritatem pro celebratione Miſſæ prætium, vel merces non debeatur, ſed ſolum debetur nihil, vel ad ſummũ vna eleemoſyna, quæ ſolet dari ſecundum laudabilem cõſuetudinẽ Terræ, vel impoſitionẽ Epiſcopi: & ſimiliter eſt aduertendũ, quod Epiſcopus peccaret, ſi præcipiat Sacerdotibus, vt nõ dicant Miſſam gratis ſi ipſi voluerint, & in tali caſu non eſt obediendus, quia tollit offitium liberalitatis, pietatis, & miſericordiæ.

Bar-

Bartholomeus Angelus dialogo 5. §.772. Sotus 4. dist. 13. q. 2. art. 1. & dist. 25. q 6. art. 4. & lib. 4. de iustitia, q. 6. art. 1. & lib. 9. q. 2. art. 1. Medina de instructione Confessorum, lib. 1 cap. 14. §. 20. Syluester verbo Simonia, §. 8. & §. 11. Henriquez lib. 9. de Sacrificio Missæ cap, 22. §. 1.

De Episcopo, circa ordinandos homines pauperes.



SED dicet aliquis, An sit licitum Episcopo ordinare Ordinibus Sacris homines pauperes, scilicet non habentes Patrimonium, aut Pensionem, vel Beneficium, quod sufficiat ad suã congruam sustentationem; quod relinquitur iudicandum esse sufficiens iudicio Episcopi? Respondetur, quòd non; aliàs malè faciet, & peccabit; & in tali casu tenetur illis alimenta præstare, si indigeant ratio prima huius veritatis est, quia in iure prohibetur, quòd nullus in Sacerdotem ordinetur, nisi prius habeat Beneficium, aut Patrimonium, quo sustentari possit, ne contingat eum mendicare in opprobrium Ordinis Sacerdotalis; Non enim conuenit mendicare his, qui voluntariam paupertatem non profitentur. Nota, quòd apud Religiosos professos, professio Religionis habet titulum Beneficij; & voluntaria paupertas pro operibus computatur; quapropter antequàm quis sit professus, non debet ordinari, ne fortè antequàm professionem emittat, dimittat religionem, & maneat ordinatus absque Patrimonio, & Beneficio. Et similiter in iure habetur, quòd Nouitius non ordinetur, nec ad primam tonsuram vsque sit professus.

Secunda ratio est; quia ille, qui est in Sacris constitutus, verbi gratia Subdiaconus, propter dignitatem Ordinis, non debet esse Opifex, nec manuales operas, aut vile offitium exercere, ni tan poco andar mal vestido, ne sua dignitas, aut suum ministerium veniat in paruipendium apud Seculares; & ideo antequam quis ordinetur, debet habere vnde viuat, aliàs non debet ordinari Ordinibus Sacris.

Tertia ratio est; quia Sacerdotes non habentes vnde sustententur nisi solum ex eleemosynis Missarum, quodammodo vilescunt in conspectu Populi, tienen poca autoridad; & Sacramenta, & res sacræ Ecclesiæ eo inclinãt, vbi Sacerdotes in paruipendio habentur; & similiter huiusmodi Sacerdotes cum non habeant vnde viuant faciunt Presbyteratum esse merum offitium de pane lucrando, & sacrificium Missæ, no se ve claro que se ordenan por ganar de comer con la missa: quapropter non habentes vnde sustententur, non debent ordinari Ordinibus Sacris.

Quarta ratio est; ne detur Sacerdoti occasio, propter suam paupertatem, cele-

celebrandi Missam principaliter propter eleemosynam, quæ datur pro celebratione Missæ; quia in tali casu peccat ratio est, quia nunquàm Missa debet celebrari principaliter propter eleemosyn. â est res & spiritualis idest non est res vendibilis, sed propter vniuersale seruitium Dei, & vtilitatem illorum pro quibus celebratur, & ipsius Sacerdotis celebrantis; sed solum eleemosyna Missæ debet esse occasio incitans, vel inducens ad celebrandum, non verò causa principalis celebrandi Missam; Et ideo nullum debet ordinari, nisi prius habeat vnde viuat, & sustentetur.

QVINTA ratio est, ne detur occasio secularibus existimãdi Missam, & similiter Sacramenta Ecclesiæ esse res vendibiles; vel existimandi Presbyteratum esse merum offitium de pane lucrando, cùm videant pauperes, non habentes vnde sustententur, ordinari: Id est, cùm videant quòd pauperes ordinãtur Ordinibus Sacris, sine Patrimonio, aut Beneficio, ad suam congruam sustentationem quapropter non habentes vndesus tententur non debent ordinari.

SEXTA ratio est; ne paupertas Sacerdotis cogat ipsum Sacerdotẽ quotidie cele brare; id est, ne cogat, eum plures dies in hebdomada celebrare, quàm fortè pro sua castitate, & deuotione par esset, id est conueniens esset; & ideo antequàm quis ordinetur debet habere Patrimonium, aut Beneficium, quo sustentetur: vt si (verbi gratia) non ita caste, & religiose viuat, vt decet; vel si aliqua de causa in rebus secularibus sit occupatus, & non in spiritualibus, scilicet in oratione, vel in estudijs literarum, & ideo hac de causa non celebret, habeat vnde viuat; vèl si semel, aut bis in hebdomada, velit non celebrare ad imitationem multorum virorum Religiosorum, vt postea cum maiori puritate conscientiæ, & deuotione celebret, habeat vnde viuat: nam tantò maiora bona spiritualia accipiunt Sacerdotes à Deo, quantò cum maiori præparatione, & auiditate accedunt ad celebrandum. Sed de hac re vide clarius in materia de Prælatis Religiosorum, titulo consideratio quotidie celebrantibus.

SEPTIMA ratio est, quia Sacerdotes nõ habentes vnde sustẽtentur, nisi sólum ex eleemosynis Missarum propter suam paupertatem, & indigentiam, nonnulli illorum occupant tempus in negotijs rerum secularium, à quibus Sacerdos debet esse semotus, quandoquidem est orationi, & spiritualibus dedicatus, quia administrat in domo Dei, quæ est domus orationis; vel seruium filijs secularium diuitum, quod est contra auctoritatem, & dignitatẽ, & honorẽ Ordinis Sacerdotalis; pierden los Sacerdotes de su autoridad, y honestidad q̃ ndo acõpañan mugeres, o à muchachos. vel faciũt seruilia, & vilia in domo sua, cùm non habeant secum seruos, vel famulos, & postea sine verecundia hominum accedunt ad Altare Dei ad celebrandum, & ad sacra vasa tractanda, non considerantes, quòd propter omnia ista seruilia, & vilia quæ faciunt, venit in paruidendium apud seculares dignitas sacerdotalis, & similiter dignitas vestium, & aliarum rerum sacrarum, & similiter Sacrificium Missæ: quapropter nullus debet ordinari or-

dinibus sacris, nisi prius habeat vnde viuat,& sustentetur, ne propter suam paupertatem,& indigentiam seruiat secularibus, aut faciat seruilia,& vilia, aut se occupet in negotijs,& rebus secularibus, aut celebret, si non habeat secum illam animæ suæ deuotionem necessariam ad celebrandum. Tan ignorante es el Sacerdote, que no considera, que si haze cosas viles, y baxas, que el estenido en poco, ypor su causa se viene à tener en poco la dignidad Sacerdotal, y las cosas de la Iglesia, y los de mas Sacerdotes.

OCTAVA ratio est; quia homines pauperes hoc est, non habentes vnde sustententur, quamplurimi illorum non se faciunt Ecclesiasticos recto tramite, idest, vt Deo fideliter seruiant,& in suis moribus, vita,& loquela, oratione,& castitate sint sanctiores,& religiosores omnibus alijs; sed solū ordinantur vt liberentur à brachio seculari, vel vt ordine Sacerdotali lucrentur panem, sicuti poterant panem lucrari per alia offitia mechanica suorum parentum, existimantes Missam esse rem vendibilem, aut venalem, & prætium vel mercedem pro illa celebranda posse recipi, cum secūdum rei veritatem Missa non sit res venalis, aut vendibilis, nec debeat celebrari propter aliquod bonum temporale, sed gratis, videlicet propter honorem Dei,& vtilitatem spiritualem ipsius Sacerdotis celebrantis,& illorū, pro quibus celebratur;& ideo antequàm quis ordinetur, his & alijs multis rationibus debet habere Patrimonium, aut Beneficium, ad cuius titulum ordinetur.

NONA ratio est, quia si Episcopus ordinasset non habentes Patrimonium, aut Beneficium ad suam congruam sustentationē, in tali casu quamplurimi pauperes, idest infiniti,& sine numero, vellent esse Sacerdotes, ninguno queria ser artesano ni trabaxar,& in tali casu Sacerdotes in paruipendio haberentur, sicuti in paruipendio quodammodo habentur in Terris, vbi sunt pauperes, scilicet non habentes vnde viuant nisi ex eleemosynis Missarum: Ideo nullus debet ordinari sine Patrimonio, aut Beneficio, aut donatione sufficienti ad suam congruam sustentationem, vt habetur in Sā Concilio sess.21. cap.1.& eā non potest alienare, nisi habeat competenter vnde viuat, alioquin resignatio patrimonij, beneficij, aut donationis est nulla ex Congregatione Concilij. Nota quod si aliqua capitula in iure antiquo reperiantur contra hoc, intelliguntur secundum statutum Ecclesiæ primitiuæ, quando Sacerdotes nihil prorsus habebant proprium, sed viuebant in communitate vsquè ad tempus Vrbani Papæ, qui ordinauit, vt deinceps non venderent hæreditates, intelligens, quòd melius sustentarentur ex redditibus illarum, vt patet per sua decreta. Quapropter admittere ad Sacerdotiū illos, qui non nisi mendicatis eleemosynis Missarū victitare possunt, nefas est. El que no tiene cō que viuir, no quiera ser Sacerdote, puede ser Religioso, o tēga paciēcia, que el Rey va donde puede, y no dōde quiere. Para que quiero yo ser Sacerdote, si por otra parte con mi pobreza, y mal vestido tengo de deshonrrar la grādeza del Sacerdocio, y su ministerio, y a los de mas Sacerdotes, sed de hac re vide inferius titulo de

Episcopo circa ordinandos homines viles.

Sotus 4. dist. 13. q. 2. art. 1. Henrriquez lib. 9 de Sacramento Ordinis cap. 17. fol. 613. Gabriel de Toro lib. de la misericordia diuina y humana cap. 15 fol. 24. & fol. 30. & 51. Aphorismi Confessariorum verbo Ordo fol. 387.

Consideratio volentibus ordinari Ordinibus Sacris.



NOTA, quòd sunt nonnulli, qui se faciunt Ecclesiasticos, non vt ex eleemosynis Missarum victum, & vestitum sibi præparent, sed solum ordinantur, vt liberentur à brachio seculari; vel quia credunt, quòd per Ecclesiam magis, quàm per sæculum abundantiorem victum habituros; vel quòd poterunt creari à Papa, vel à Rege in Canonicos, Abbates, Episcopos, & Cardinales, & ditiores fieri, in quibus peccant; quia non licet alicui ordinari, vel desiderare Clericatum, principaliter, vt per eum assequatur redditus Ecclesiasticos, & ditior fiat, quia erit signum manifestum ambitiosæ cupiditatis. Secundò peccant, quia qui desiderat Clericatum, desiderat rem spiritualem, quæ est maior, & dignior quàm res temporalis, quæ est minor, & minus digna appeti, & ideo peruertit ordinem rectum desiderando spiritualia propter temporalia, quandoquidem minora, & minus digna debent referri ad maiora, & digniora, non verò è contrario, scilicet maiora ad minora. Tertiò peccant; quia ille, qui ordinatur Ordinibus Sacris, principaliter debet ordinari eo animo, & intentione, vt in vitæ sanctitate, castitate, honestate, oratione, & deuotione sit omnibus alijs religiosior; & illi qui adipiscũtur dignitates Ecclesiæ, principaliter debent illas assequi vt Christo Domino nostro fideliter seruiant, & ei assimilentur, eumq; imitentur, non verò vt ex redditibus Ecclesiæ sint ditiores, & in pompis huius mundi sint maiores: quapropter errant valdè omnes illi, qui volunt esse per Ecclesiam, & sequi Christum Dominum nostrum, qui pauper, & nudus fuit, rebus omnibus destitutus, & non habuit vnde caput suum reclinaret, & suis discipulis præcepit relinquere ea quæ habebant, eo animo ad eum accedere vt diuites in temporalibus fiant; sed solum debent ad eum accedere, id est ea intentione debent ordinari, vt diuites fiant in amore Dei, virtutibus, & rebus spiritualibus. Denique abusus magnus est Ecclesiasticorum, quandoquidem sunt in sortem Domini vocati, diuitias huius sæculi quærere, & diuites esse desiderare cùm suum Redemptorem, & Magistrum Christum Iesum, quando in terra corporaliter commoratus fuit pauperem intueantur in sua natiuitate, vita, morte, & post mortem, y que no tuuo mayorazgos, ni rentas, & quòd rarò in domos Magnatum intrauit; frequens eius ho-

spitium erat in domibus pauperum, vt ostenderet quantò amore paupertatem prosequeretur. Pues quienes el que viendo à su Maestro, y Capitan pobre, dessee la riquezas del mundo, conbide a huir la riquezas ver a Christo sobre heno puesto en pesebre ageno, quien sabe mas Dios, ò el mundo, pues Dios es cogio pobreça por que buscas tu riqueza.

NOTA pro declaratione, quod secularibus conuenit diuitias tēporales quærere, & thesaurizare, non solum ad ipsorum conseruationem, dignitatem, & auctoritatem, sed etiam ad eorum filios, & familiam subleuendos in statu altiori. Ecclesiastis verò conuenit non temporales, sed diuitias spirituales quærere, scilicet virtutes vt possint, & mentem liberam à terrenis habere, & similiter Deum amare, laudare, & pro Populo orare, qui præbet eis suas eleemosynas; & occupatus in temporalibus id facere non potest. Quapropter Ecclesiastici tenentur diuitias spirituales quærere, non temporales, nisi quatenus ad suam honestam sustentationem sunt necessariæ, secundum illud Genesis 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, hoc est enim patrimonium hominis.

SECVNDA ratio propter quā Ecclesiastici non tenentur diuitias tēporales quærere est, quia Ecclesiastici carent filijs, & vxore, id est sunt à laboribus, curis, solicitudinibus, & expensis habentium vxorem, & filios, liberati, quibus Beatus Paulus, dixit, Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus. Vita nostra est breuis, cras morituri sumus, & sicut nihil in hunc mundum attulimus, ita nec ab eo auferre possumus. Nota, quòd Apostolus non dixit habentes granaria, aut magna horrea, seu profunda cellaria, sed alimenta; & simililer non dixit, habentes prætiosas vestes, vel sumptuosas, sed quibus tegamur. Quapropter Ecclesiastici non temporales, sed spirituales diuitias, scilicet virtutes quærere tenentur para vna vida tan corta, que presto sea de acabar lo poco a de bastar quien para corto camin haze gran prouision lexos esta de razon quien procura grāde azienda siendo tan corta la vida es locura conoscida.

TERTIA ratio est, quia Ecclesiastici tenentur castitatē seruare, ratione cuius indigent paucis ad suam congruam sustentationem, quia castitas ieiunio, & abstinentia conseruatur, secundum illud, sine Cerere, & Baccho friget venus: splendidè verò māducando, aut bibēdo, deperditur. Qui vult castitatem seruare, & splendidè manducat, aut bibit, est veluti ille, qui vult recedere à Cane, & tribuit illi panem: Et verè non sunt maiores diuitiæ quàm modica quædam temperata sustentatio. Quapropter Ecclesiastici non temporales, sed espirituales. Diuitias tenentur quærere.

QVARTA ratio est, quia Ecclesiastici tenētur auctoritatē suam virtutibus, & bono exemplo conseruare; Seculares verò diuitijs, & fausto. Et similiter Ecclesiastici non debent quærere famam vt dixit. Diuus Gregorius per nobilitatem sanguinis, vel dignitatem Ordinis, quam habent, sed per virtutem, & bonitatem vitæ suæ; quia nobilitas, vel dignitas nō adiungit

gie

git illos Deo, sed bonitas vitæ suæ, id est virtus illorum. Ideo Ecclesiastici non tenentur diuitias temporales quærere sed spirituales.

QVINTA ratio propter quam Ecclesiastici non tenentur diuitias tẽporales quærere est, quia paupertas securior pars est ad Deum amandum, & citò ad eum perueniendum quàm diuitiæ; nam ille, qui est diues in temporalibus, vt in plurimum est pauper in amore Dei ratio est quia. Quantò quis plura habet, tantò minore libertate gaudet ad leuandum cor suum in Deum; Curæ enim, & solicitudines sunt filiæ diuitiarum. Secundò quia quantò quis plura habet, tantò plura desiderat, secundum illud, Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit: Id est, quantò quis plura habet, tantò magis crescit in eo focus auaritiæ: bona enim temporalia sunt lintna, vel oleum, quo accenditur focus desideriorum nostrorum. Tertio qa quantò plura quis habet, tantò pluribus rebus indiget: Principes enim quantò sunt maiores, tantò maiores patiuntur necessitates, quia tenentur ad maiorem honorem, & familiam sustentandam. Tandem quantò quis temporalia quærit, & diligit, tantò minus ascendit in amore Dei. Quapropter Ecclesiastici qui per receptionem sacrorum ordinum espiritualibus se dedicauerunt his & alijs multis de causis non tenentur temporalia quærere, sed spiritualia, videlicet vt possint melius ascendere in amore Dei. Iustus tantò maiorem partem habet in Deo, quantò minus diligit bona huius mundi. Sed de hac re vide clarius, & perfectius in materia de Religiosis, titulo de Monacho solitario consideratio: Et in materia de cõsideratione Mortis, titulo consideratio de las riquezas. Nota el que mas riquezas tiene en este mundo cuytado, viue cõ mayor cuydado. Qual es el hombre mas rico, que en todo el mundo se vea, es el que nada desea.

Hector Pinctus lib. de la vida Christiana dialogo de la verdadera Philosophia cap. 7. & 2. p. dialogorum dialogo 1. cap. 11. & dialogo 5. cap. 9. Stella de vanitate mundi 2 p. cap. 1. & super Lucam cap 9 fol. 364. Gabriel de Toro lib. de la Misericordia diuina y humana, cap. 24. Fray Luys de Granada en vna Oracion que hizo al Infante Henrrique Cardenal de Ebora. Dominicus Valtanas lib de la vida Christiana fol. 231. Syluester verbo solicitudo. Franciscus de Ossuna 5. parte del Abecedario spiritual tractado segundo cap. 17. S. Antoninus 3. p. tit. 17. cap. 10 & tit. 16. cap. 30 Philippus Dias in sermonibus Quadragesimæ 1 p. fol. 233. num. 4. Melchior de Sancta Cruz lib. 1. fol. 114. & fol. 117. & lib. 2. fol. 75. & 76.



De

De Episcopo, circa ordinandos homines viles.





SED dicet aliquis, An Episcopus peccet ordinando in Sacerdotes homines viles, id est los Hijos de hombres que tienen viles, y baxos officios; ò à los que son Hijos de honrrados Padres, empero ellos han querido ser infames hauiendo exercitado viles, y baxos officios por algun tiempo. Respondetur, quòd sic; & ideo non debet ordinare illos, nisi tot merita secum habeant vt defectum suæ naturæ vilis suppleant. Ratio est, quia viles, id est filii vilium quamuis sint Sacerdotes, & possint esse nobiles sectando virtutes, quia vera nobilitas non ex parentum nobilitate oritur, sed ex virtute, vt in plurimum sequuntur suam vilem, & rusticam progeniem, & naturam in suis actionibus, & verbis, nam quod natura dat nemo negare potest; & ideo deshonorant suam, quam habent dignitatem Sacerdotalem sua loquela loquendo escurilia vana, & deshonesta, & suo motu ambulantes sine auctoritate, & compositione; non considerantes quòd incessus Sacerdotis debet esse moderatus, non cursiuus vt mentis suæ declaret maturitatem, & perfectionem; & similiter deshonorant suam dignitatem suo vestitu curto, non considerantes, quòd vestis Sacerdotis debet esse longa vsquè ad pedes, y que no an de hechar las piernas de fuera in signũ suæ dignitatis castitatis, honestatis, auctoritatis, & deuotionis; & similiter deshonorant suam dignitatem amicitia cum hominibus vilibus, & vanis, quia pares cũ paribus facilimè congregantur, & multis aliis modis, quæ omnia longum esset recensere, nam rustica progenies nescit habere modum. Quiero dezir, que los que de su naturaleza son viles, o han exercitado viles, o baxos officios, por la mayor parte no tienen las partes necessarias para ser Sacerdote, id est aquella perfection en su vestido, calçado, caminar, conuersar, ni a quella honestidad en sus palabras, que es necessaria al Sacerdote, el qual es padre de buen exemplo de todos los de mas, por tanto tales Sacerdotes son tenidos en poco, ni tampoco dizen la Missa como conuiene, ni se visten para celebralla, como se deue, ni tampoco les dizen bien las vestiduras sagradas, y aunque van mal puestos, o vestidos, à ellos no se les da nada: por tanto no deuen ser Sacerdotes. Yo tendria

dria verguença de ser Barbero del Rey sino tu viesse aquella honrra, y autoridad, y perfection en el vestir, calçar, caminar, y conuersar, honestidad en el hablar que conuiene al tal officio, quanto mas de ser Sacerdote que a de tomar à Dios en sus manos.

SECVNDA ratio est, propter quam viles non debent esse Sacerdotes; quia ratio naturalis dictat, & experientia hoc comprobatur, quòd viles vt in plurimum magis idonei sunt ad offitia mechanica exercenda suorum parentum, vel ad seruiendum aliis, quàm ad alios in nobilitate superiores, & in honore maiores instruendos, & ad castitatem, honestatem & perfectionem vitæ prouocandos, ad quod gentes viles postquam sunt Sacerdotes tenentur ratione dignitatis Sacerdotalis.

TERTIA ratiò propter quam filii vilium nón debent esse Sacerdotes; quia officia publica danda sunt nobilibus, non verò mechanicis, & plebeis, vt leges in iure præcipiunt. Homo namq; nobilis præsupponitur quòd sit magis benè morigeratus, perfectus in suis moribus, vita, & loquela, quàm plebeius, quia nobilitas ad vitutem obligat, imo est census virtuti debitus; nam quamuis verum sit, quòd vera nobilitas non ex parentum nobilitate oriatur, sed ex virtute, tamen nobilitas, quæ procedit ex parentum nobilitate, vehementer excitat ad virtutem; & similiter homo nobilis est magis liberalis in gratiis faciendis, scilicet in remittendo id, quod sibi debetur ratione sui offitii à pauperibus, quàm plebeius. Ergo à fortiori dignitas Sacerdotalis quæ est bonum publicum ratione cuius homo in quadam dignitate præeccellenti super omnes alios constituitur, non est danda hominibus vilibus idest filiis hominum vilium. Nota, que a donde los viles, y baxos del pueblo son Sacerdotes pocos de los nobles lo quieren ser.

QVARTA ratio est, propter quam filii vilium non debent esse Sacerdotes, quia dignitas Sacerdotalis, vt experientia constat venit in paruipendium apud sæculares quando vilibus confertur; & similiter deuotio, & reuerentia ad res sacras Altaris, & ad diuinum Sacramentum Eucharistiæ minuitur, quando per Sacerdotes filios vilium Parentum tanguntur, & tam altum Sacramentum ad Infirmos portatur: Et ideo filii vilium non debent esse Sacerdotes, si non habeant secum magna merita sanctitatis, & virtutis apud omnes manifesta. Los hombres viles, quiero dezir los hijos de gente baxa, no han de querer ser Sacerdotes, atrueque la dignidad Sacerdotal, y las cosas de la Iglesia no vengan à tenerse en poco y los de mas Sacerdotes y por que realmente no tienen aquella autoridad en su persona ni honestidad en su vestido y palabras que conuiene para ser Sacerdote como se ve por la esperiencia.

QVINTA ratio, propter quam homines viles, id est filii vilium non debent esse Sacerdotes, quia vt in plurimum non pro deuotione Ordinis ordinantur: Id est, non ordinantur principaliter vt Deo fideliter seruiant, nec ordinantur hac de causa, & intentione,

vt sanctiores, & religiosiores, & perfectiores sint omnibus alijs in suis moribus, vita, aut loquela: nec ordinantur, vt sint speculum castitatis, honestatis, sanctitatis, deuotionis, orationis, & boni exempli omnium aliorum hominum, ad quæ omnia tenetur qui ordinatur Ordinibus Sacris; sed solum principaliter ordinantur, vt liberentur à brachio seculari; vel vt dignitate Sacerdotali lucrentur panem sicuti poterant panem lucrari per alia officia mechanica suorum parentum; vel vt in otiositate viuant, quæ est mater omnium vitiorum, præcipuè in similibus hominibus; Et ideo viles, his, & alijs multis de causis non debent ordinari Ordinibus sacris si non habeant secum magna merita sanctitatis, & virtutis apud omnes manifesta.


SED dicet aliquis, Christus Dominus noster elegit in Apostolos vt in plurimum homines pauperes, & viles; cùm fuerint maiori ex parte Piscatores: Ergo Episcopus non peccat ordinando in Sarcedotes homines viles? Respondetur, quòd non valet consequentia; quia Christus Dominus noster elegit infima mundi, vt fortia confunderet ad maiorem ostensionem veritatis suæ doctrinæ; Id est, elegit Deus homines viles ad prædicandũ Euangelium, vt omnes converterentur ad fidem Domini nostri Iesu Christi, non ratione magnitudinis, aut potentiæ, vel nobilitatis, aut diuitiarum Prædicatorum; sed solum conuerterentur ad fidem Domini nostri Iesu Christi, non ratione magnitudinis, aut potentiæ, vel nobilitatis, aut diuitiarum Prædicatorum; sed solum conuerterentur ratione veritatis suæ doctrinæ. Secundò respondetur, quòd Christus Dominus noster, cùm esset verus Deus, & homo, quando constituebat aliquem in aliqua dignitate, simul cum ipsa dignitate, condonabat illi virtutes, & merita: quapropter quando eligit Diuum Petrum, & alios Apostolos in Magistros suæ Ecclesiæ, perfectissimè dedit illis omnes virtutes, & gratias, quæ ad hoc necessariæ erant; sed Episcopus quando ordinat aliquem in Sacerdotem, solum dat illi ordinem Sacerdotalem, non verò virtutes, & merita, & ideo non debet ordinare viles, idest filios hominum vilium in Sacerdotes, quamuis sint Religiosi professi, nisi tot virtutes, & merita secum habeant apud omnes manifesta, vt defectus suæ vilis naturæ suppleant. Debet animaduertere Episcopus, quòd imperfecta obseruantia Religionis non tollit imperfectiones plurimas, quas gentes viles in suis moribus, vita, & loquela secum habere solent, benè quidem obseruantia religionis perfecta; ni tampoco hà de ordenar el obispo à los Hijos de hombres honrrados, si han tenido, o exercitado algun officio vil, y baxo: La razon de aquesto es, porque aunque sean Sacerdotes, se oluidan de la dignidad suya, y tornan à decir cosas deshonestas, à hazer viles, y baxas cosas por su mala costumbre, como se vee esto ser verdad por la experiencia.

NOTA pro maiori declaratione dictorũ, quòd Episcopus similiter non debet ordinare nobiles ordinibus sacris eo solum quòd sint nobiles, id est eo solum quòd sint filij nobilium, sed solum debet ordinare illos ratione

suarum virtutum,& meritorum. Nam quid prodest, quòd aliquis sit nobilis in sanguine,si in vita sua sit obscurus? emos visto muchas veces hijos de padres virtuosos ser en estremo vitiosos. Ratio huius veritatis est, qa homo,siue vilis,siue nobilis,cùm per receptionem sacrorum Ordinum nõ solum suscipiat gratiam,sed ad statum sublimiorem accendat super alios, & ducem aliorum se profiteatur in vitæ,sanctitate, & bonorum morum, ideo requiritur in eo morum honestas, & virtutum claritas: quapropter ad aliorum Sacramentorum susceptionem nullum requiritur examen vitæ,& nisi solùm ad Sacramentum Ordinis recipiendum Nota, quel escudo de buen oro no tiene mas valor en el Rey que en el Pastor.

Hector Pinctus lib de la vida Christiana dialogo de la Religion cap. 5. Candelabrum de irregularitate ex infamia cap. 10.nu.24. & de irregularitate Mulierum cap.3.nu 11. & de suspensione q 87. Sotus 4. dist: 25 q. 1. art. 4 Fray Luys de Granada libro llamado Addiciones de la vida Christiana titulo del mysterio de la Encarnacion de Nuestra Señora fol.13. & fol.28. Melchior de Sancta Crux lib.2. fol.11.

Consideratio Episcopis, circa Confessores.



EPISCOPVS tenetur procurare in suis Ecclesiis, vt sint Confessores docti; & si opus fuerit tenetur assignare præmia illis: nam propter hanc causam decreta,& Concilia, quæ præcipiunt Episcopo viuere parcè (quia Episcopus virtutibus,& bono exemplo tenetur seruare suam auctoritatem,Principes verò sæculares diuitijs,& fausto; Et similiter Episcopus non debet quærere famam per dignitatem, vel nobilitatem sanguinis,sed per virtutem,& bonitatem vitæ suæ,quia dignitas,vel nobilitas non adiungit illum Deo,sed bonitas, & virtus illius) voluerunt; vt Episcopus haberet magnos redditus,& similiter Patrimonia sua,quibus posset alere Confessores,Prædicatores,Parrochos idoneos,sine quibus ipse non potest benè administrare suum officium; quia vnus homo solus, quamuis sapientissimus,& sanctissimus,nó potest operari plus quàm vnus solus, no an de querer los Perlados fama por la dignidad si no por su virtud y bondad lauentaxa que los Reies, y perlados tienen de honrra y dignidad an de tener de bondad.

Fray Luys de Granada en vna Oracion,que hizo al Infante Henrrique Cardenal de Ebora; Medina in sua instructione Confessorum lib. 1. cap. 16. §. 1. Dominicus Valtanas lib. de doctrina Christiana fo.131.



Consideratio Episcopis, circa concedendos suos casus reseruatos.



PISCOPVS faciliter tenetur concedere licentiam omnibus suæ diœcesis, vt possint confiteri sua peccata cuilibet Confessori exposito à se, vel à quocumq; alio Episcopo: Et similiter vt possint absolui à casibus sibi reseruatis, à quocumque Confessore docto, & circunspecto. Nam ad curationem peccati reseruati maior scientia, & prudentia requiruntur in Confessore, quàm ad aliorum peccatorum curationem: quapropter hæc est vna ex causis, quare vnum peccatum magis reseruatur, quàm alterum. Ratio dictorum est, quia sunt multi adeo infirmi, qui potius volunt mori sine Confessione, quàm confiteri peccata sua tali Confessori. Secunda ratio est, nè faciat iugum Confessionis intollerabile, aut confessionem detestabilem, vel grauissimam: Sed est aduertendum, quòd si Episcopus nolit concedere talem licentiam, licet malè faciet, tamen inferior Confessor non poterit absoluere à reseruatis. Aduertendum est secundò, quòd quando ab Episcopo petit facultatem ipse Pœnitens, vt possit à quolibet Confessore absolui à peccatis illi reseruatis; Episcopus tenetur ad sigillum confessionis sicuti Confessor taliter vt nullo modo personam Pœnitentis prodat, nec peccatum per quod inuestigari possit; denique poterit iurare se nihil scire sicuti Confessor intelligendo vt possit illud reuelare. Tertiò est aduertendum, quòd quando Confessor ex parte alicuius Pænitentis petit facultatem ab Episcopo absoluendi à peccatis sibi reseruatis, non tenetur declarare Episcopo Pœnitentem, aliàs malè faciet, & peccabit; sed solum tenetur ab ipso Episcopo obtinere facultatem absoluendi in communi quemdam Pœnitentem à peccato ipsi reseruato in materia (verbi gratia) luxuriæ, aut furti, aut homicidii. Quòd si forte fortuna Confessor declaret Episcopo Pœnitentem, vel si Pœnitens ex tali petitione facta Episcopo veniat in cognitionem Episcopi, tenetur Episcopus illum habere sub sigillo Confessionis, eodem modo tenetur se habere Prælatus Religiosorum cum suis Religiosis in simili casu. Aduertendum est quartò, quòd si (verbigratia) Prælatus nolit concedere suos casus, & pro alia parte non licet confiteri ipsi, vel quia est reuelator Cōfessionis, vel iā nocuit mihi, vel indirectè me infamauit, in tali casu possum sine absolutione à reseruatis communicare videlicet confitendo primò omnia mea peccata integrè, scilicet tàm reseruata, quàm non reseruata inferiori Confessori, quia vni Confessori sunt confitenda integrè omnia peccata, qui poterit me absoluere solum à non reseruatis, dicendo, Ego te absoluo à peccatis tuis; quia non absoluit

ab omnibus; & post communionem, teneor quærere absolutionem à reseruatis, confitendo illa Superiori, qui poterit me absoluere ab illis dicto modo, scilicet dicendo, Ego te absoluo à peccatis tuis, quia non absoluit ab omnibus, sed solum à reseruatis; Et similiter quando Prælatus est absens, & non est facilis additus ad eum pro absolutione à reseruatis, possum cõicare sine absolutione à reseruatis, eo modo, quo dictũ est; sed postea habita opportunitate tenetur absolui ab illis, qđ si (verbi gratia) nõ sit alius Cõfessor cui Pœnitens possit cõfiteri nisi solũ talis Prælatus in tali casu Pœnitens poterit sine confessione communicare ad euitandum scandalum, vel infamiam cum sola contritione, quia in tali casu censendum est, ac si non esset copia Confessoris, & quia Ecclesia in hoc præcepto de confitendo, non intendit vt faciamus contra charitatem, & si Pœnitens in tali casu confiteretur suo Prælato faceret contra charitatem, sed postea habita cõmoditate tenetur confiteri. Sed de hac re vide clarius in materia de Pœnitentibus, titulo consideratio Pœnitenti circa integritatem confessionis.

Nauarrus tomo 1. de pœnitentijs cap. Placuit, dist. 6. num. 117. & nu. 151. fol. 641. Sotus 4 dist. 18. q 4. art. 5. Bartholomeus Angelus dialogo 4. §. 202. Medina de instruct. Confessorum lib. 1. cap. 11 § . 7. & lib. 2. cap. 1. S. Thomas 4. dist. 17. art 3. quæst. 4. ad 6. Decisiones aureæ lib. 1. cap 27. §. 1. Victoria de Sacramentis tit. de Confessione q 146. & seq & q. 69. & q. 163. Gaietanus verbo Confessio Sacramentalis Decisiones aureæ lib. 1. cap. 12. §. 17. & cap. 20. §. 43.



BREVIS TRACTATVS DE PARROCHIS.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonsum de Madrigal natural de la villa Descalona, Toletanæ Diœcesis, Ordinis Prædicatorum.

De Parrocho, circa Missæ celebrationem in sua Parrochia.



ARROCHVS tenetur celebrare Missã in sua Ecclesia iure decimarũ quotidie pro tota sua Parrochia si modo fructus, quos recipit, satis sint ad ipsum alendum, sint minus ter, vel quater in hebdomada pro ipsorum fructuum recipiendorum quantitate ad iudiciũ Episcopi, vel in hac re consuetudo suæ Ecclesiæ obseruanda est; nam consuetudo pro lege habetur, quando lex deficit. Quotidie inquam tenetur celebrare, prout humana fragilitate poterit, scilicet salua semper sua honesta, & debita reuerentia, & deuotione ad Sacramentum Eucharistiæ: & ideo si Parrochus vno, aut altero die in hebdomada non celebret, quamuis quotidie celebrare teneatur, non erit in culpa. Et qui ob sui indignitatem, & Sacramenti reuerentiam se abstinet à celebratione Missæ, non peccat; vel saltim Parrochus tenetur celebrare Dominicis, & festis diebus pro suis Parrochianis, & non pro aliis, quòd si impeditus fuerit, suis expensis debet alium Sacerdotem sustentare, qui pro eo celebret, in illis diebus, vt Populo satisfaciat. Denique aduertendum est, quòd non est in iure determinatum, quot Missas Parrochus in quantum Parrochus teneatur celebrare in hebdomada pro Populo, quia nulla ratio concludit, quòd in oĩbus diebus Missã celebrare teneatur, nec oĩbus diebus cõmodè potẽs quãuis sic oĩbus festis de præcepto colẽdis, quia in eis populus eã audire tenetur. Tandem in hac re standum est iudicio Episcopi, vel prudentium, vel consuetudini suæ Ecclesiæ, vt dictum est supra. Nota similiter, quòd obligatus quotidie celebrare intelligitur etiam salua sua honesta, & debita deuotione, nisi esset obligatio per se, vel per alium celebrandi, nam in tali casu si

ipse non possit celebrare debet per alium celebrare; & similiter Capellanus potest per alium celebrare, etiam si in fundatione sic vt ipse celebret, ex Congregatione Concilij.

PARROCHVS aduertere debet, quòd non potest accipere eleemosynas à suis Subditis pro Missa dicenda, scilicet in illis diebus, in quibus tenetur celebrare pro sua Parrochia, quia quoad illos dies Parrochus habet suum stipendium ex suo Beneficio; in alijs verò diebus, in quibus nō obligatur celebrare pro sua Parrochia, poterit eleemosynā accipere pro Missa dicenda tàm à suis proprijs ouibus, quàm ab alijs, & celebrare pro illis. Ratio est quia nullus Sacerdos potest accipere duas eleemosynas pro vna Missa, vt inferius declarabitur: quapropter Parrochus, siue Sacerdos, qui tenetur dicere Missam pro vno, quia liberaliter eam illi promisit, siue quia pro ea dicenda eleemosynam accepit, non satisfaciet dicendo pro illo, & alijs simul, nisi hoc faciat de consensu illius expresso, pro quo tenetur celebrare, volentis Missam pro se dicendam pro alijs simul celebrare; vel nisi Parrochus hoc faciat ex consuetudine seruata in Parrochia; vt si (verbi gratia) sit consuetudo in Parrochia, vt Parrochus dicat Missam publicam de defunctis pro toto Populo, & similiter pro Parrochiano suo defuncto sepeliendo, in tali casu Parrochus, ratione talis consuetudinis tali Missa satisfacit duabus obligationibus, scilicet obligationi, quam habet celebrandi pro toto Populo, & suo Parrochiano defuncto sepeliendo. Denique dicendum est pro declaratione prædictorum, quòd si quis voluntariè dederit Parrocho eleemosynam, vt pro illo celebret simul cum aliis, idest in diebus, in quibus pro toto Populo celebrare tenetur, poterit Parrochus in tali casu accipere talem eleemosynam, & celebrare simul pro illa, & pro Populo, & satisfacit pro omnibus eadem Missa, scilicet offerendo primò Missam pro Populo, & postea pro illo, vt illi tantum tale Sacrificium prosit quantum absquè iniuria sui Populi possit; dum ille qui dat eleemosynā sciat Parrochum teneri ad celebrandum pro Populo illa die, quia in tali casu videtur suo iuri cedere, & illo genere obligationis esse contentus. Quod si Parrochus, quando ex offitio, vel statuto suæ Ecclesiæ tenetur pro ouibus suis Sacrum facere, si in tali casu sacrificet pro alio, & non pro illis, tenetur postea resarcire damnum, idest celebrare pro suis ouibus. Sed de hac re vide clarius in materia de Sacerdotibus, titulo consideratio Sacerdoti pauperi circa eleemosynam Missæ.

PARROCHVS aduertere debet, quòd quādo celebrat Missam in die Dominico, vel in aliis diebus, in quibus tenetur celebrare pro omnibus suis Parrochianis; & similiter Epūs quando celebrat pro omnibus suæ diœcesis propter maiorē, vel minorē eorū numerū, nemo suo fructu satisfactionis, aut meriti ex Missa prouenientium defraudatur. Missa enim habet duo, scilicet confert gratiam, & remittit pœnam peccatis debitam celebrantis existentis in gratia, & illorum pro quibus celebratur existentium in gratia, quia tunc talis Missa generali Statuto Ecclesiæ singulis suo ordine,

&



& gradu applicatur: quapropter Missa quæ offertur à Parrocho in magna Parrocchia, aut ab Episcopo in magna diœcesi, non minus singulis existentibus in gratia prodest, scilicet quoad gratiam illorum augendam, quàm quoad satisfactionem pœnæ soluendæ suorum peccatorum, quàm si Parrochia, aut Diœcesis parua esset. Sed est aduertendum, quòd talis Missa spetialiter prodest illis, qui peculiarem eleemosynam in hac Missa offerũt, vt pro se, & suis offeratur. Aliter se res habet quando Parrocchus, vel Episcopus spetialissimè offert Missam pro eleemosyna sibi data pro aliquo in particulari, quia in tali casu talis Missa habet taxatum effectum, quantũ ad gratiam augendam, & similiter quantum ad satisfactionem pro pœnis soluendis peccatorum; nam eius valor in tali casu non applicatur generali statuto Ecclesiæ, sed ex libera intentione Sacerdotis celebrantis, cui intentioni correspõdet certus gradus gratiæ, & satisfactionis; Et ideo si in tali casu Missa pro pluribus celebretur minus singulis vtilis erit, vt in capitulo sequenti magis declarabitur.

Xuarez 3. p. q. 83. art. 1. & 6 Toletus de instruct. Sacerdotis lib 4. cap. 10. Syluester verbo Missa § 7. Sotus 4 dist. 13. q. 2. art. 1. & dist 45. q. 2 art. 4. & lib 9. de iustitia q. 3. art 1. Nauarrus cap. 25. num. 92. & nu. 134. Aphorismi Confessorum, titulo Missa, & tit. residentia.

Consideratio Parrochis, circa Missæ valorem.



PARROCHVS aduertere debet, quòd Sacrificiũ Missæ est finiti valoris; quapropter si pro pluribus celebretur, vel pluribus applicetur, minus singulis vtile erit; nam quamuis in eo sit plenitudo omnis gratiæ, scilicet Christus Dominus noster, qui est infiniti valoris, nam est gratia increata, tamen non infinitè, sed virtute finita in ipso sacrificio operatur quantum ad effectum ex eo conferendum, scilicet gratiæ, & satisfactionis pœnæ soluendæ peccatorum; Id est, quamuis Sacrificium Missæ verè cõtineat Corpus, & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & augeat gratiam ex sua virtute celebrãti existenti in gratia, & eis pro quibus celebratur existentibus in gratia, & similiter conferat remissionem pœnæ peccatorum celebranti existenti in gratia, & illis pro quibus celebratur in gratia existentibus, tamen habet ab ipso Christo Domino nostro taxatam effectum, qui non disposuit vt per Sacramenta suæ Passionis operari infinitè, sed finitè, sicut alia Sacramenta limitatum gradum gratiæ conferunt suscipienti illa, & existenti in gratia, licet ex maiori deuotione, & dispositione suscipientis quodam modo talis gradus gratiæ crescat ita Missa vt est Sacramentum limitatum gradum gratiæ confert Sacerdoti celebranti suscipienti tale sacramentum, nam ratio Sacramenti solum consistit in receptione; & similiter Sacrificium Missæ, quatenus est solum Sacri-

Sacrificium, limitatam remissionem pœnæ peccatorum tollit illi, pro quo offertur existenti in gratia, & limitatum gradum gratiæ illi confert, nam ratio Sacrificij in oblatione cõsistit: quapropter opinio illa dicentis, quòd Missa pro pluribus dicta tantum valet ac si pro vno diceretur, non recipitur, quia est singularis, & contra communem opinionem Doctorum, & consuetudinem generalem Ecclesiæ, quæ pro singulis personis singulas Missas celebrare consueuit. Sed de hac re vide clarius infra titulo consideratio Parrochis, circa Animas Purgatorij.

SED dicet aliquis, videtur quòd Sacrificium Missæ sit infiniti valoris; Nam si esset valoris finiti, vt dictum est in tali casu melius esset videre Missam vbi sunt pauci videntes illam, quam vbi sunt multi? Respondetur, quòd quamuis verum sit, videlicet quòd quantò plures sint videntes Missam, non propterea minus vnusquisquè si sit in gratia recipit de valore Missæ, tam quoad gratiam ex ea prouenientem recipiendam, quam quoad remissionem pœnæ suorum peccatorum, nam vnusquisquè hostiam offert, non per se, sed per Sacerdotem, & accipit integrum Sacrificiũ Missæ, & crescit in eo secundum suam deuotionem, ac si nullus alius offerat, siue ipse solus offerat, siue cum alijs; tamen ex hoc non sequitur, quòd Sacrificium Missæ sit infiniti valoris, imo quò plures sunt Missam videntes, tantò Sacrificium Missæ gratius, & acceptius est Deo, nam cumulatæ preces facilius exaudiuntur à Deo. Deniquè regulariter maioris valoris est Missa, dicta vbi sunt multi videntes illam, quam vbi sunt pauci, quia Missæ valor augetur ex assistentia videntium Missam; offerunt enim Sacrificium circunstantes, & qui pro Missa eleemosynam dederunt: Vnde in Canone dicitur, Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt: Quapropter non sequitur ex hoc, quòd Sacrificium Missæ sit infiniti valoris.

SED dicet aliquis, videtur quòd Sacrificium Missæ sit infiniti valoris, & non finiti vt dictum est, quia Ecclesia pro multis celebrat Missam, scilicet pro communi pace, & regimine Ecclesiæ, secundum illud Canonis, Pro Ecclesia tua sancta, quam pacificare &c. postea verò pro Papa, Antistite, & pro Rege, & pro cunctis astantibus, & pro Animabus Purgatorii; Et ideo non est verisimile, vt minus gratiæ, & satisfactionis ex Missa prouenientis singulis veniat; alioquin si Missa esset finiti valoris vix minima particula valoris Missæ vnicuiq; illorum, pro quibus celebratur, veniret? Respondetur, quòd quamuis Ecclesia pro multis celebret Missam, non sequitur ex hoc, quòd Missa sit infiniti valoris, sed finiti; Ecclesia tamen certam illius portionem sui valoris finiti illis, qui in Canone nominantur distribuit, licet illam non nominet; alteram verò relinquit singulari intentioni Sacerdotis celebrantis applicandam, secundum suam particularem deuotionem, vel obligationem, quam habet. Sed est aduertendum pro maiori declaratione, quòd ex illa portione finita valoris Missæ, quæ venit Ecclesiæ, vna particula venit toti corpori mystico Ecclesiæ, alia Papæ, alia Antisti, alia Regi; & hunc fructum ex Missa prouenientem, omnibus his dictis,

dictis, Sacerdos licet iniqua intentione tollere tentaret, non impediret. Aduertendum est secundò, quòd quamuis verum sit, quòd minima pars valoris Missæ in quolibet Sacrificio Missæ cuilibet istorum veniat, tamen secundum ingentissimum Sacrificiorum numerum, qui quotidie in Ecclesia offertur, ditissimus congeritur cumulus. Aduertendum est tertiò, quòd illa pars, siue portio valoris Missæ, quæ Sacerdoti relinquitur applicanda secundum suam obligationem similiter est finita, & ideo si pluribus applicetur minor singulis veniet.

NOTA pro maiori declaratione, quòd licet Missæ valor sit finitus, tamen triplex est; scilicet generalis, qui debetur toti Ecclesiæ secundum illius intentionem; medius, qui debetur illi pro quo Missa celebratur: Spetialis, qui debetur Sacerdoti celebranti. Quapropter Sacerdos, qui dum celebrat, non applicat totum valorem generalem Missæ toti Ecclesiæ, secundum ordinationem illius, idest secundum Summorum Pontificum institutionem, scilicet Papæ, Antisti, Regi; & totum medium ei, pro quo ratione suæ eleemosynæ datæ, vel pacti facti, spetialiter celebrat Missam, peccat mortaliter, quia iniustitiam commictit, & non satisfacit: Ratio est, quia valor Missæ, tàm quoad gratiam ex ea prouenientem, quam quoad remissionem pœnæ peccatorum, similiter ex ea prouenientem sit finitus: ideo si in pluribus diuidatur minus singulis vtilis erit. Nota, quòd quando in Missa oratur pro Antistite, intelligitur Episcopus loci, vbi Sacerdos habet domicilium; nomine verò Regis intelliguntur etiam filii, & vxor, & quicumq; ad ipsum pertinent.

NOTA secundò, pro declaratione, quòd benè potest Sacerdos valorē spetialem sibi venientem ex celebratione Missæ idest illā satisfactionem, vel remissionem pœnæ peccatorum venientem sibi ex celebratione Missæ applicare sibi, vel aliis quibus ipse voluerit existentibus in gratia, siue sint in isto mundo, siue in Purgatorio, quamuis ipse de illo valore; idest de illa remissione, vel satisfactione pœnæ peccatorum indigeat priuans se tali satisfactione sibi veniente, quamuis talis Sacerdos sit Religiosus, & celebret pro obligatione sui Conuentus. Ratio est, nam cùm talis fructus satisfactionis veniens sibi ex Missa non sit remissio alicuius culpæ, nec sit alicuius gradus augmenti gratiæ, & gloriæ, aut sanctitatis, sed solum sit satisfactio, vel remissio pœnæ soluendæ peccatorum, ideo non est contra charitatem propriam, quam vnusquisquè secum habere debet in malis pœnæ quando quis cedit iuri suo, priuans se tali commodo satisfactionis, vt alteri benefaciat, idest vt pro altero satisfaciat.

SED dicet aliquis. Videtur quòd Missa sit infiniti valoris, quia Ecclesia celebrans Missam pro vno defuncto adiungit Orationes pro alijs? Respondetur, quòd non sequitur ex hoc quòd Missa sit infiniti valoris; Nam adiungere Orationes est alius actus Sacerdotis celebrantis, in quo nō præiudicatur illi pro quo celebratur Missa, cùm pro eo Sacerdos spetiali actu, & intentione obtulerit Sacrificium. Secundò respondetur, quòd quælibet

bet Missa valet pro omnibus defunctibus existẽtibus in Purgatorio quantum ad valorem, qui oritur ex Orationibus quæ dicuntur in ipsa Missa, quia ibi pro omnibus oratur orationibus generalibus. Sed nota, quòd particulares Orationes magis prosunt illis, pro quibus particulariter fiunt.

NOTA pro declaratione dictorum, quòd si (verbigratia) Missa esset infiniti valoris videlicet in quantum ad satisfactionem, vel remissionem pœnæ soluendæ peccatorum ex ea prouenientem, sequeretur primò, quòd vna Missa liberaret omnes Animas existentes in Purgatorio, etiã si essent millies plusquàm sunt, idest vna Missa euacuaret totum Purgatorium, quia omne debitum soluendum ab Animabus Purgatorij est finitum, & per consequens sufficeret vna Missa in toto mundo ad euacuandum Purgatorium: Secundò sequeretur, quòd liceret Sacerdoti pro vna Missa non solum accipere duas eleemosynas, sed etiam centum millia saltim occultè, & ita fieri diues vnica Missa, quia in tali casu neminem defraudat suo fructu, idest, nemini facit iniuriam; quòd quidem est absurdum, & à nullo conceditur: Sequeretur tertiò, quòd Ecclesia non permitteret dicere plures Missas pro vno defuncto cùm in tali casu sufficiat vna sola, nam frustrà fiunt per plura quæ possunt fieri per pauciora. Ideo dicendum est, quòd Missa est finiti valoris, non solum quantum ad augmentum gratiæ ex ea proueniens, sed etiam quantum ad satisfactionem pœnæ soluendæ peccatorum ex ea similiter proueniens.

a NOTA secundò pro declaratione, quòd quamuis verum sit, secundum communem opinionem Doctorum, quòd Missa dicta pro pluribus non tantum valeat, quantum si pro vno solo offeratur quia est finiti valoris, & ideo qui Missam debet duobus non satisfacit dicendo vnam tantum, tamen probabile videtur secundum aliquos, quòd Missa pro pluribus dicta tantum valeat quantum si pro vno offeratur; videlicet quando Sacerdos à multis rogatus, vt pro omnibus illis celebret, & ab eis nihil recepit in eleemosynam, & nulli illorum totam Missam promisit, & tantum pro omnibus eis adhibet affectum, quantum si pro vno solo diceret. Non enim palium est ita breue, quòd multos cooperire non possit; tamen non ideo puto Sacerdotem posse vbi ab aliquo illorum, vel ab aliquibus accepit quantum decet pro Missa, accipere pro eadem Missa quicquam ab alijs. Sed de hac re vide clarius infra, titulo de Parrocho circa eleemosynam Missæ.

a *Sanctus Thomas in 4. dist 45. q 2. art. 4 & in Additionibus ad 3. p. q 61. art. 12. & 14. Sotus in 4. dist. 13. q. 2 art. 10 & dist. 45. q 2. art. 4. & lib. 2. de Iustitia q. 2. art. 2. Bartholomeus Angelus dialogo 5. §. 763. Syluester verbo Missa §. 9 & §. 19. & verbo suffragium §. 5. & verbo Eucharistia §. 3. Viguerius de Sacramento Eucharistiæ num. 163. litera F. & cap. 16. §. 1. & 3. Henriquez lib. 9. de Sacrificio Missæ cap 18. §. 538. & cap 17. & cap 20. §. 6. & cap. 21. & cap. 22. Xuarez 3. par. quæst 83. artic. 10. & quæst. 80. artic. decimo. Nauarrus capit. 25. num. 55. & libro 3. Consiliorum de celebratione Missæ*

consilio 7. & sequentib. Toletus de instructione Sacerdotis lib. 2. cap. 6. & lib. 1 cap 8. Victoria de Sacramentis, tit. de Eucharistia, q. 91. Scrutinium Sacerdotale 2. par. de Sacrificio Missæ fol. 22. Aphorismi Confessorum verbo Missa fol. 369.

Secunda consideratio Parrochis, circa Missæ valorem.

PARROCHVS aduertere debet, quòd licet Missa in ratione satisfactionis pœnæ soluendæ peccatorum, idest inquantum Missa est quædam satisfactio pœnæ soluendæ peccatorum prosit solum pro quibus celebratur existentibus in gratia in isto mundo, vel in Purgatorio, & non aliis; alias sequeretur, quòd quicumque esset in charitate in isto mundo, vel in Purgatorio statim esset immunis ab omni pœna soluenda ex sacrificijs Missarum; quæ quotidie in Ecclesia celebrantur; nihilominus tamen dicendum est, quod si Missa consideretur inquantum ad congratulationem, & interiorem animi consolationem, secundum quòd habet valorem ex charitate prouenientem, idest si Missa consideretur inquantum in ratione charitatis fundatur; secundum quod vnusquisquè in charitate existens de bonis alterius gaudet, idest virtute charitatis, quæ facit omnia bona communia, in tali casu Missa tantum prodest singulis in charitate existentibus, ac si pro vno solo celebretur, scilicet quantum ad animi consolationem, idest valet omnibus in charitate existentibus, quia gaudent de bonis in charitate factis, quamuis pro illis non celebretur, nec illis applicetur, & plus ei qui est in maiori charitate, & simpliciter plus valet illi pro quo offertur, ratio est quia in tali casu prodest illi duobus modis vno modo ratione charitatis in qua fundatur, alio modo ratione applicationis. Vnde patet, quòd quando quis aliquod suffragium facit, idest Missam celebrat, vel celebrare facit pro anima sui Patris, vel Matris, de hoc gaudent omnes Animæ in Purgatorio existentes, & similiter omnes in gratia existentes gaudent de omnibus bonis factis inquantum meritoriis aliorum existentium in gratia sicut in corpore naturali operatio vnius membri cedit in bonum totius corporis, & aliorum membrorum ita in corpore mystico, aut spirituali scilicet Ecclesia, qua omnes christiani in charitate existentes, sunt vnum corpus idcirco bonum vnius communicatur aliis, sed nota quod licet omnia bona quæ fiunt in Ecclesia sint communia omnibus existentibus in gratia, & charitate, quia omnibus illis prosunt tamen plus valent, & prosunt illis pro quibus specialiter fiunt illa bona, quia in tali casu prosunt illis duobus modis vt dictum est.

NOTA pro declaratione, quòd licet Sacrificium Missæ valeat ad gra-

tiam

tiam augendam celebranti existenti in gratia,& illis pro quibus celebratur existentibus in gratia, & similiter valeat ad satisfactionem pro pœnis soluendis peccatorum celebrantis existentis in gratia, & viuorum, & mortuorum existentium in gratia,pro quibus celebratur; & similiter valeat ad impetranda bona à Deo temporalia,pro quibus celebratur;& similiter valeat ad gaudium,& exultationem omnium in gratia existentium quamuis pro illis non celebretur; tamen omnia ista bona ex Sacrificio Missæ prouenientia sunt sub certo gradu ex parte rei operatæ,idest ex parte ipsius Sacrificii, videlicet Sacrificium Missæ confert gratiæ augmentum de condigno,idest de rigore iustitiæ, & lege certa celebranti existenti in gratia; & similiter facienti illam celebrare pro se existente in gratia;& similiter confert remissionem pœnæ peccatorum de condigno celebranti existenti in gratia, & facienti illam pro se celebrare existente in gratia, sed omnia ista sub certo gradu, & mensura, vt in cap. sequenti magis declarabitur. Sed nota,quòd existentibus in Purgatorio valet ad remissionem pœnæ soluendæ suorum peccatorum per modum suffragij, & impetrationis, non verò de condigno, quandoquidem Animæ in purgatorio existentes mereri nõ possunt. Sed nota, quòd si mortui dum vixerunt ad Missas celebrandas pecunias erogauerunt, in tali casu tales Missæ valent illis de condigno ad remissionem pœnæ suorum peccatorum, quia reputantur operæ suæ propriæ; & similiter Sacrificium Missæ valet omnibus existentibus in gratia quoad exultationem, & animæ lætitiam,secundum quod vnusquisque in charitate existẽs de bonis alterius gaudet virtute charitatis,quæ facit omnia bona communia: & similiter Missæ Sacrificium per modum meriti de congruo confert temporalia bona tàm existentibus in gratia pro quibus celebratur, quàm existentibus in peccato mortali; nam tale meritum de congruo etiam in peccatoribus reperitur, ratio est quia non habet veram rationem meriti, dependet enim ex liberalitate reddentis. Sed de hac re vide clarius in materia de Pœnitentibus,tit.consideratio Pœnitenti, circa satisfactionem pro pœnis suorum peccatorum.

SED dicet aliquis. Videtur, quòd Sacrificium Missæ celebratum pro vno defuncto non plus ei, quàm omnibus aliis in charitate existentibus profit,scilicet in ratione satisfactionis pœnæ soluendæ peccatorum, imo plus illis, qui maiori fuerint præditi charitate; sicut facula si accendatur Regi,non plus ei,quàm aliis astantibus lucet,imo plus illis qui perspicatiores sunt visu; & sicut si quis lectionem ad mensam legat non magis ipse lectionem audit, quàm reliqui assistentes, imo magis ille qui accutiorem auditum habet? Respondetur, quòd Sacrificium Missæ non comparatur lumini, quod non potest vni lucere quin luceat astantibus; nec comparatur lectioni,quæ non potest ab vno audiri quin ab alijs audiatur; sed comparatur solutioni,quam quis singulariter pro aliquo in particulari facit, & non pro aliis: Quapropter talia exempla non sunt ad rem accommodata; ideo dicendum est,quòd Sacrificium Missæ in ratione satisfactionis solum

prodest ei, vel eis, quibus applicatur existentibus in gratia, & non alijs.

SED dicet aliquis: Videtur, quòd Sacrificium Missæ pro vno defuncto celebratum non plus ei, quàm omnibus alijs in purgatorio existentibus profit in ratione satisfactionis; nam si hoc non esset verum, sequeretur quod pauperes essent deterioris conditionis, quàm diuites, cùm pro eis rariora offerantur Sacrificia? Respondetur, quòd quamuis verum sit, quòd diuites in hac parte sint melioris conditionis quàm pauperes, quia maioribus eleemosynis Missarũ magis subleuantur à pœna soluẽda suorũ peccatorũ; tamen multò prætiosius est, quòd pauperes cum minori periculo, & maiori cumulo charitatis ad ampliorem gloriam acceptantur, cùm diuitibus non tàm facilis sit ingressus, nec ad tantam gloriam.

Syluester verbo Missa §. 9. & verbo suffragium §. 6. & verbo Participatio per totum: Toletus de instruct. Sacerdotis lib. 2. cap. 6. Sotus in 4. distinct. 45. quæst. 2. art. 4.

Consideratio Parrochis de valore Missæ, circa Animas Purgatorij.



SED dicet aliquis, Quot Animæ existentes in Purgatorio liberentur à pœnis Purgatorij per Sacrificium vnius Missæ; vel quanta pœna peccatis debita remittatur per Sacrificium vnius Missæ celebranti existenti in gratia, & illis pro quibus celebratur existentibus in gratia, siue sint in isto mundo, siue in Purgatorio: vel quanta pars gratiæ conferatur per Sacrificium vnius Missæ Sacerdoti celebranti existenti in gratia, vel alijs existentibus in gratia pro quibus celebratur? Respondetur ad primum, quòd hoc soli Deo est notum, quia ipse solus nouit valorem Sacrificij Missæ, quem tale Sacrificium Missæ habet determinatum, quantum ad satisfactionem pro pœnis soluendis peccatorum. Ad secundum similiter respondetur, quòd hoc soli Deo est notum, quia ipse solus nouit quantitatem deuotionis celebrantis, & pro quibus tale Sacrificium celebratur, quæ tanta esse potest, vt tota pœna remittatur; sicuti in receptione Sacramenti Confessionis tanta contritio esse potest in recipiente vt tota pœna peccatis suis debita remittatur; idest, quamuis per Sacrificium vnius Missæ remittatur pœna peccatorum ex opere operato, non tamen semper tota quia habet effectum limitatum, tamen eius effectus augetur secundum maiorem deuotionem celebrantis existentis in gratia, & illorum pro quibus celebratur existentibus in gratia. Ad tertium respondetur, dicendo, quòd hoc soli Deo est notum, quia ipse solus nouit valorem, quem habet determinatum Sacrifi-

cium Missæ quantum ad augmentum gratiæ ex eo conferendum; & similiter ipse solus nouit vim deuotionis celebrantis existentis in gratia, & illorum pro quibus celebratur existentibus in gratia, quia quilibet illorum datur gratia determinata ex parte Sacrificij, quæ tamen secundum deuotionem illorum augetur. Ratio est, quia licet id quod in Sacrificio Missæ offertur sit totus Christus Dominus noster, qui est illimitatus, & infinitus, & passio, & virtus eius sit illimitata, & infinita, tamen limitato, & infinito modo applicatur nobilis in tali sacrificio, & limitatum effectum operatur, sicuti in receptione Sacramenti Baptismi, quod quidem in Pueris ante vsum rationis æqualem gratiam confert ex parte Sacramenti, idest certum gradum gratiæ. Nam licet passio Christi sit infinita quoad sufficientiam, applicatur tamen limitato modo per Sacramenta; in Adultis verò dat maiorem gratiam secundum mensuram deuotionis, & præparationis suscipientis. Deniquè Adultus quantò maiorem habet displicentiam suorum peccatorum, atq; præteritæ vitæ dolorem, tantò maiorem in Baptismo recipiet gratiam. Sed de hac re vide clarius in materia de Pœnitentibus, titulo consideratio Pœnitenti circa differentiam Sacramenti Confessionis, & Baptismi.

Magister Cano de locis Theologicis lib. 10. fol. 437. Victoria de Sacramentis tit. de Baptismo q. 22. & de extrema vnctione q. 173. Candelabrum de Baptismo q. 50. Medina de Instruct. Confessorum lib. 2. cap. 12. Sotus 4. dist 6 q. 1. art. 6. & dist. 13. q. 2 art. 1. & q. 1. & art. 7. & dist. 11. q. 2. art. 2. Xuarez 3. p q. 83. art 1. Toletus de instructione Sacerdotis lib. 2. cap. 6. Syluest. verbo Eucharistia 4. § 3. Nauarrus cap. 25 nu. 110. Sanctus Thomas 3. p. q. 77. art. 5. & q. 87. art. 2.



De Parrocho, circa eleemosynam Missae.

SED dicet aliquis, An Parrochus possit accipere duas eleemosynas pro vna Missa? Respondetur, quòd non, nisi tantum vnam quæ est solita dari secundum impositionem Episcopi, vel laudabilem consuetudinem Terræ, quia peccabit mortaliter, & tenebitur ad restitutionem; aliàs frustra esset talis consuetudo, vel talis lex posita ab Episcopo, circa eleemosynam Missæ recipiendam. Secunda ratio est, quia realiter Parrochus non satisfacit vna Missa duobus volentibus singulis suam Missam secundum communem opinionem Doctorum, quia Missa est finiti valoris, tàm quo ad augmentum gratiæ ex ea prouenientem, quàm quo ad satisfactionem pro pœnis soluendis peccatorum.

Ideo

Ideo si pluribus applicetur minus singulis vtilis erit:quapropter Parrochus dicendo Missam pro duobus volentibus singulis suam Missam defraudat illos satisfactione proueniente ex opere operato ex Missa nisi hoc faciat ex consensu dantis eleemosynam pro Missa sibi dicenda,volentis eandem Missam debitam sibi pro sua eleemosyna data pro aliis simul celebrari, & valorem illius aliis applicare; vel quando (verbigratia) eleemosyna sibi data pro Missa dicenda esset ita minima non pertingens ad valorem eleemosynæ,quæ secundum consuetudinem Terræ,vel impositionem Episcopi solet dari pro celebratione Missæ taliter vt iustè possit intelligi,vel præsumi, quòd dans illam non intendit vt tota Missa pro illo applicetur, sed tantum aliqua pars illius, quæ Sacerdoti celebranti videbitur conuenire secundum tenuitatem eleemosynæ suæ datæ. Deniquè Parrochus, siue quicumq; alius Sacerdos potest à diuersis, vel ab eodem tot elemosynas minutas accipere pro vna Missa, quæ sufficiant ad iustam eleemosynam Missæ à lege Episcopi,vel ex consuetudine Terræ taxata. Ratio est, nam quando eleemosyna, quæ datur pro celebratione Missæ est ita minima, scilicet non pertingens ad eleemosynam quæ ex consuetudine Terræ solet dari,videtur,quòd in tali casu fiat iniuria Sacerdoti,& ideo potest se indemnem seruare. Sed nota, quòd si voluntariè Sacerdos sit contentus illa parua eleemosyna, vel si promittat pro illa eleemosyna parua celebrare, idest integrum sacrum oblaturum pro tali persona, in tali casu promissum adimplere tenetur,magis ratione promissionis, quàm ratione talis eleemosynæ datæ. Deniquè Parrochus,siue quicumq; alius Sacerdos,seruata lege, non potest accipere ratione vnius Missæ nisi solum vnam eleemosynam,siue ab vno,siue à multis personis; nam iusta eleemosyna Missæ habet suum terminum à lege Episcopi impositum, vel ex consuetudine Terræ taxatum; aliàs terminus legis, vel consuetudinis excederetur, sed de hac re vide in materia de Sacerdotibus,titulo secunda consideratio circa eleemosynam Missæ.

SED dicet aliquis. An Parrochus, vel Sacerdos possit celebrare Missam hac intentione præcipua vt ex hoc eleemosynam consequatur? Respondetur,quòd non,quia peccabit mortaliter peccato simoniæ,quia nunquam licet pro eleemosyna celebrare Missam: idest,eleemosyna non debet esse causa principalis celebrandi Missam, sed tantum debet esse occasio incitans,vel inducens ad celebrandum. Quòd si verò offerentes eleemosynam pro Missa dicenda habeant corruptam intentionem credentes,vel existimantes Missam haberi pro pecunia,idest pro eleemosyna data, non obstat sanæ intentioni Sacerdotis celebrantis; & similiter Sacerdos, qui celebrat Missam propter eleemosynam, quæ datur pro celebratione Missæ sine alia consideratione,peccat; quia eius principalis finis est bonum temporale; Si verò celebrat Missam propter gloriam Dei, pluris æstimans vniuersale Dei seruitium,& virtutem Missæ, quam lucrum temporale,scilicet quàm elemosynam,in tali casu non peccat.

SED

SED dicet aliquis, An Parrochus vel Sacerdos possit petere eleemosynam Missæ antequàm illam celebret? Respondetur, quòd non; quia Missa est res spiritualis,& Deus iubet vt gratis celebretur. Secundò quia Missa principaliter est celebranda propter vniuersale Dei seruitium,& vtilitatem spiritualem Sacerdotis celebrantis,& illorum pro quibus celebratur,non verò propter elemosynam. Tertiò,ne detur occasio Secularibus existimandi Missam esse rem vendibilem,vel principaliter celebrari propter eleemosynam, quandoquidem talis eleemosynæ petitur ante Missæ celebrationem,& ideo non debet peti,nisi post Missæ celebrationem. Nihilominus tamen Nauarrus magnæ auctoritatis Doctor dicit, Quòd si Sacerdos intelligat, quòd postquàm dicta sit Missa non poterit recuperare dictam eleemosynam;quòd in tali casu poterit illam petere ante celebrationem ad euitandas quæstiones. Cuius opinio est probabilis, & potest sequi,& obseruari, quia in tali casu talis eleemosyna non sumitur, nec petitur tanquam prætium Missæ, vel mercedem rei exhibitæ, sed tanquam pium debitum per consuetudinem laudabilem solitum dari.

Nauarrus cap.33. num.101. & cap 25. num.106. & num.122. & de bonis Canon. cap.61. Syluester verbo simonia §. 8. S. Thomas 2. 2. q.100. art. 1. & opusc.62. de bon. Canon. Sotus lib.10. de iust. q.6. art. 1.

De Parrocho, circa eleemosynam pro Administratione Sacramentorum.

PARROCHVS, quamuis benè possit recipere totum illud, quod illi datur gratis in eleemosynam, videlicet propter deuotionem dantis pro administratione Sacramenti Baptismi, Matrimonij,Confessionis, Communionis,& pro collatione nuptialis benedictionis; tamen si ante talem collationem nuptialis benedictionis, vel Sacramentorum exhibitionem petat illud,quod est solitum dari in eleemosynã per consuetudinem laudabilem; vel si talia negat,vel prolungat,vt dictam eleemosynam prius habeat, quamuis hoc faciat vt se conseruet indemnẽ, cognoscens; quod postea non poterit recuperare dictam eleemosynam, sed quòd oportebit litigare, vel quamuis sit consuetudo dandi aliquid in eleemosynam ante talem Sacramentorum exhibitionem,peccat,& debet ab Ordinario puniri. Ratio est,quia talis consuetudo est corruptela, nec valet quantumcumq; longa sit. Secundò, quia talis præuentio eleemosynæ est veluti quodam inditium valde magnum volendi vendere spiritualia,& simul in tali casu nomen Clericorum blasphematur tanquam auarum: quapropter Parrochus his, & alijs de causis gratis tenetur administrare spiritualia non solum soluentibus voluntariè dictam eleemosynam,

ante-

antequàm talia spiritualia administrentur, & fiant, sed etiam à soluentibus postea. Sed nota, quòd benè poterit Parrochus post exhibitionem spiritualium à potentibus, & nolentibus soluere dictam eleemosynam solitam dari petere auctoritate Superioris interueniente præsertim in foro Ecclesiastico, dummodo non petat illam tanquam prætium debitum, vel mercedem debitam rei exhibitæ, sed tanquam pium debitum solitum dari per consuetudinem laudabilem Terræ.

*Syluester verbo simonia §.8. Nauarrus lib.5. Consiliorum de simonia, consil. 85. fol.*101.

De Parrocho, circa eleemosynam pro Mortuo sepeliendo.



SED dicet aliquis, An Parrochus, vel Sacerdotes, quibus ex officio conuenit sepelire Mortuos suæ Parrochiæ, vel ad hoc tenentur ratione alicuius Beneficij, vel Capellaniæ, vel alterius cuiuscumquè causa, sunt deputati ad hoc, possint petere eleemosynam, quæ solet dari per consuetudinem laudabile Terræ, vel impositionem Episcopi pro sepeliendo Mortuo antequàm ipsum sepeliant; vel an possint à nolentibus talem eleemosynam soluere ante sepelitionem exigere illam per abstractionem spiritualium videlicet nolendo sepelire Mortuum? Respondetur, quòd non, quia in tali casu esset species quædam venditionis: quapropter Sacerdotes, nolentes sepelire Mortuum ante exhibitionē talis eleemosynæ, debent ab Ordinario puniri. Ratio est, nam quando illud quod agitur est principaliter spirituale in tali casu nihil prætij, vel mercedis est recipiendum, sed gratis est exhibendum; idest pro Psalmis diuinis, pro necessarijs Orationibus, pro Mortuorum necessarijs obsequijs. Deniquè pro offitio sepulturæ dicendo nihil prætij, vel mercedis est recipiendum; sed gratis omnia ista exhibenda sunt tàm à soluentibus voluntariè dictam elemosynam solitam dari antequàm fiant, quàm à soluentibus postea, quia tales res non sunt prætio vendibiles: quapropter eleemosyna, quæ pro illis est solita dari secundum consuetudinem laudabilem Terræ, vel impositionem Episcopi debet peti post illarum exhibitionem, scilicet à volentibus illam soluere, & similiter à nolentibus, & valentibus illam soluere auctoritate Superioris interueniente præsertim in foro Ecclesiastico, dum modo in tali petitione nulla sit intentio emptionis, aut venditionis. Aliter se res habet de Cantoribus, & Musicis, qui quidem sine scrupulo possunt locare operas suas aliquo prætio, & petere illud ante suas operationes. Ratio est, quia tale offitium est spiritualibus accessorium, & ideo

non

non interuenit ſimoniæ ſpeties ſi pro mercede ex pacto fiat. Nota,quod laici tenentur obſeruare laudabilem conſuetudinem Terræ in ſepelitione ſuorum defunctorum: ideſt,tenentur ſub præcepto peccati mortalis ſoluere eleemoſynam conſuetam dari pro tali ſepelitione, niſi ex rationabili cauſa deſiſtant. Nota ſecundò, quòd Sacerdos, ad offitium ſepeliendi Mortuos,non obligatus, nec deputatus, poterit aliquid in eleemoſynam petere ante Mortui ſepelitionem ad ſuam ſuſtentationem; ſicuti Religioſi procedunt ad funera, & Prædicationem, ſpe ſuſtentationis, ſine qua non irent,quia ad illa non tenentur. Nota tertiò,quòd ſi Capitulum Eccleſiæ Matricis ſtatuat, quòd nullus de ſua Eccleſia vocet ad funus aliquos Religioſos,niſi vocet totum Capitulum, (quod vocare non tenetur, ſi nó vult talis conſtitutio eſt ſimoniaca,quia eſt contra Eccleſiaſticam libertatem.

SED dicet aliquis, verbigratia Petrus, qui propter ſuam paupertatem difficulter poteſt ſoluere eleemoſynam debitam Parrocho pro ſepelitione ſui Patris mortui,poſſit in tali caſu ipſi Parrocho locare in loco talis eleemoſynæ operas ſuas,ideſt laborem ſuæ perſonæ per aliquos dies,quandoquidem hoc poteſt facere, & libenter facit, ſoluere verò dictam eleemoſynam difficulter poteſt? Reſpondetur,quòd non: ratio eſt,quia offitium Mortuorum, ideſt Orationes, & Pſalmi, & Lectiones dictæ in ſepelitione ſui Patris mortui ſunt res ſpirituales, & ideo ſimonia eſſet pro eis, aut pro illarum intrinſeco labore aliquid prætij,vel mercedis accipere; imo dicimus,quòd pauperes ad portas Eccleſiæ recitantes Orationes,non poſſunt pro illarum recitatione aliquid loco prætij accipere, benè tamen totum illud,quod illis datur in eleemoſynam per deuotionem dantis. Ratio eſt, quia Oratio eſt res ſpiritualis,& ideo non debet ſub prætio poni: quapropter quando fideles dant elemoſynam pauperibus recitantibus Orationes, non emunt Orationem illorum, ſed ſolum animum ipſorum alliciunt ad gratis orandum pro dantibus ſibi eleemoſynas; & ideo ſimonia eſſet dare ex pacto pecuniam pro Pſalterio dicendo, non autem ſi daretur pro vigilando ſupra defunctum ratione laboris,eſto quo ad vigilias ſequatur dicere Pſalterium,& Orationes.

Syluester verbo ſimonia §. 1. & §.9. & 11. & verbo ſepultura § .2. Sotus lib. 9. de iuſt q 6. art.2. Ludouicus Lopez lib.2. cap.52. fol.167. Henrriquez lib. 9. de Sacrificio Miſſæ cap 22.



De Parrocho diuite, circa eleemosynam pro sepelitione Mortui, & Missæ celebratione.

SED dicet aliquis, An Parrochus diues, idest Sacerdos habens honorificam sustentationem ratione sui Beneficij, aut Patrimonij, vel quia est in seruitio Regis possit in tali casu bona conscientia accipere eleemosynam Missæ, vel eleemosynam quæ solet dari pro sepelitione Mortui; vel an possit à valentibus, & nolentibus soluere talem eleemosynam petere illam auctoritate Superioris interueniente? Respondetur, Videtur quòd non; quia talis eleemosyna Missæ, & similiter eleemosyna constituta pro sepelitione Mortui, constituta est in adiutorium sustentationis Sacerdotis, semper enim fuit licitum accipere aliquid in sustentationem illorum, qui Christi Sacramenta administrant; & cùm talis Parrochus, vel talis Sacerdos diues habeat honorificam sustentationem, Videtur quòd talis elemosyna non sit illi necessaria, vel quòd accipiat illã in prætium, vel in mercedem talis operis, quod nunquam fuit licitum. His non obstantibus, dicendum est quòd benè potest talis Parrochus, vel Sacerdos diues accipere talem eleemosynam, & petere illam, si opus fuerit, auctoritate Superioris interueniente, scilicet à valentibus, & nolentibus soluere, præcipuè in foro Ecclesiastico, sed nota quod non potest petere illam in prætium vel in mercedem talis operis, sed in eleemosynam dari solitam per consuetudinem laudabilem Terræ, sicuti alij Sacerdotes pauperes. Ratio est, quia ex rei natura talis eleemosyna Missæ, & Mortui sepeliendi, constituta est in viam sustentationis Ministri, non verò ex qualitate Sacerdotis: & quod est ex natura rei nulla emergit simonia, quia semper fuit licita Sacerdotibus Ministris Ecclesiæ eleemosyna Missæ, & Mortui sepeliendi; vel tanquam pium debitum per consuetudinem laudabilem, vel propter deuotionem dantis, quamuis sint diuites ex suo Patrimonio, aut ex suo labore, aut alia via; & hoc non impedit, quòd vnusquisquè possit vti iure suo; & ideo pauper laicus tenetur diuiti Clero decimas soluere, quia hoc est illi debitum per Ecclesiæ statutum: & similiter Parrochus, quamuis habeat magnum Patrimonium, potest recipere decimas. Quapropter Sacerdotes diuites poterunt seruiendo Ecclesiæ, viuere de Ecclesia; idest, de eleemosynis, & rebus concessis ab Ecclesia propter sua ministeria; & suis hæredibus seruare suum patrimonium, vel conuertere illud in pios vsus; si verò in malos conuertant, peccant. Sed nota, quòd ad nullam tenentur restitutionem, quamuis ea, quæ illis superfluunt de fructibus assignatis pro suo stipendio, non dent pauperibus, vel piis operibus.


Xuarez 3.p. q. 103. art.6. Medinæ de instruct. Confessorum lib. 1. cap.14. §. 20. Sotus lib.9. de iust. q. 6. art.1. Syluester verbo Clericus 4. §.11. & verbo Decimæ §.14. Aphorismi Confessorum, tit. Beneficium fol.36.

De Parrocho, circa Administrationem Sacramenti Confessionis.

PARROCHVS tenetur administrare Sacramentum Confessionis suis Subditis, non solum in tempore obligationis scilicet quando Subditi tenētur ex necessitate præcepti illud recipere, videlicet semel in anno, & in tempore Mortis, vel receptionis Eucharistiæ; sed etiam cùm Subditi volunt tale Sacramentum recipere deuotionis causa nisi iusta causa impediatur, quamuis in tali tempore quidam putant Parrochum non teneri illud administrare saltim ex præcepto, dummodo Pœnitens non sit nimis fastidiosius; vel quando probabili coniectura constat quòd non expedit illum tàm frequenter confiteri; nam sicuti Dominus est paratus in gratiam recipere peccatorem quotiescumq; voluerit à peccato recedere, & ad Dominum conuerti, ita Parrochus, qui est Christi Vicarius tenetur administrare Sacramentum Pœnitentiæ, & Communionis quotiescumque peccator illa voluerit recipere, & à peccato recedere. Sicut Medicus corporalis, etiam si particulariter propter stipendium non sit obligatus, tenetur, sub peccati mortalis pœna, curare infirmum, cùm nullus alius potest curare & sanare: Multò melius, id est maiori vinculo Parrochus cui soli suorum Parrochianorum est commendata cura, videtur teneri ad sanandum infirmum in infirmitate spirituali mortali laborantem, cùm nullus alius sine priuilegio id possit. Quòd si Parrochus volentem pluries confiteri audire noluerit, in tali casu Pœnitens liberè poterit alteri Confessori confiteri, quia videtur in tali casu pro illa vice dare illi facultatem tacitè, vt confiteatur cui voluerit Confessori; Sed melius, & securius est, vt Pœnitens in tali casu petat ab eo talem licentiam. Sed de hac re vide clarius in materia de Pœnitentibus, tit. Consideratio Pœnitenti circa præceptum confessionis. Nota, quòd Medicus tenetur pauperē gratis curare, & ei soluere necessariā medicinā, si potest: & similiter Medicus prætium accipiens immodicum, tenetur illud restituere, vt qui plus iusto aliquid vendit. Aphorismi Confessorum verbo Medicus, & verbo Parrochus.

PARROCHVS non tenetur administrare Sacramentum Confessionis Amentibus, nec Pueris carentibus vsu rationis, sed in tali tempore instruendi sunt Pueri quomodo in suo tempore debeant confiteri. Sed de hac re vide clarius in materia de Pœnitentibus, tit. Consideratio Pænitenti circa præceptum Confessionis.

Alia consideratio Parrocho, circa administrationem Sacramenti Confessionis.


ARROCHVS optimè quidem faciet, si in tempore Quadragesimæ, vel Iubilei, vel magnarum festiuitatum Ecclesiæ secū portauerit duos vel tres Confessores, quos suis expensis alat ad audiendas confessiones suorum Subditorum quamuis ipse solus sit sufficiens. Ratio est, quia contingit quòd Agricolæ cùm sæpè cum suo Parrocho oquantur, & tractent, non audent ei sua peccata reuelare; vel quia Parrochus est Consanguineus eorum, vel Compater, vel Vicinus, vel Amicus, vel Inimicus; tandem nè cor confitentium coarctetur confiteri vni, cui homo non audet peccata sua reuelare, & integrè confiteri, & necessitates suas declarare, & desideria sua bona, vel mala contra ipsum aperire. Idem tenentur facere Episcopi, & Prælati Religiosorum circa Moniales ipsis subditas. Sed dicet aliquis, Quid faciet Pœnitens quando non licet ei confiteri suo Parrocho aliqua de causa, & pro alia parte non est alius Confessor, vel non habet licentiam confitendi alteri Confessori? Vide declarationem huius Quæstionis in materia de Episcopis, tit. consideratio Episcopis circa concedendos suos casus reseruatos; & in materia de Confessoribus, tit. consideratio Confessori circa interrogationes faciendas in confessione circa medium illius capituli, vel tituli: & in materia de Pœnitentibus tit. consideratio Pœnitenti, circa integritatem confessionis.

Philippus Diaz in Sermonibus Quadragesimæ 3. p. fol. 154. num. 30. Aphorismi Confessorum, tit. Parrochus fol. 395.

De Parrocho, circa absolutionem peccatorum in tempore Mortis.


ED dicet aliquis, An Parrochus teneatur in tempore mortis absoluere Pœnitentem nullum peccatum mortale aut veniale confitentem, sed solum signa contritionis ostendentem, videlicet tundendo pectus, vel leuando manus in altū; vel dicendo. Domine miserere mei? Respondetur, quòd communis opinio tenet quòd non debet eum absoluere, quia per huiusmodi signa Parrochus non potest intelligere ea, quæ talis Pœnitens commisit contra Deum, & ideo non po-

test

test esse Iudex in tali causa; nam Sacerdos, quia non est Deus ideo non iudicat nisi de manifestis. Si autem Pœnitens confiteatur vnum peccatum mortale, aut veniale aliquo manifesto signo, in tali casu potest Parrochus illum absoluere quamuis non perficiat confessionem, quia iam adest vera materia supra quam cadat forma absolutionis, & erit Pœnitens absolutus ab illo peccato, & ab omnibus oblitis, o que no puede confessar.

NOTA pro declaratione, quòd licet Pœnitens in tempore mortis nullum peccatum mortale, aut veniale confiteatur, si tamen ostendat signa contritionis, Parrochus in tali casu potest eum absoluere à peccatis venialibus, scilicet absolutione deprecatiua, dicendo Misereatur tui Omnipotēs Deus &c. & similiter poterit eum absoluere ad maiorem cautelam ab omni excommunicatione, dicendo, Si teneris aliquo vinculo excommunicationis &c. & similiter poterit ei concedere indulgentias, quas ipse habet virtute suarum Bullarum, vel Confraternitatum, quibus ipse adscriptus est, dicendo: Auctoritate, qua fungor Domini nostri Iesu Christi, & Summi Pontificis Vicarij eius, ego concedo tibi omnem illam Indulgentiam, quam tibi concedere possum virtute cuiuscumq; tuæ gratiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Et similiter poterit administrare Sacramentum Communionis, & extremæ vnctionis, dummodo non sit periculum vomitus, aut irreuerentiæ ipsius Sacramenti, & sepelire eum in loco sacro, quamuis sit interdictus ab ingressu Ecclesiæ, sed de hac re vide inferius, tit. de Parrocho, circa administrationem Sacramenti extremæ vnctionis.

Sotus 4 dist. 18. q. 1. art. 5. & 6. Nauarr. cap. 26. nu. 26. & 27. Medina de instruct. Confessorum lib. 1. cap. 8 & 9. Ioannes Antonuntius lib. 10. cap. 25. Decisiones aureæ lib. 1. cap. 12. §. 5. & cap. 26. Pedraza in sua summa fol. 122. Aphorismi Confessorum, tit. Interdictum.

NOTA secundò pro declaratione dictorum, esse opinionem probabilem, quòd quamuis quis, etiam Amens, in tempore Mortis nullum peccatum mortale, aut veniale confiteatur, si tamen ostendat signa contritionis, & doloris de peccatis potest quilibet Sacerdos eum absoluere ab omnibus suis peccatis, dicendo: Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Et hæc opinio in temporibus nostris obseruatur. Ita tenet Magister meus Mantius, & Magister Penna primarij in studio Salmanticensi ex Ordine Prædicatorum. Candelabrum de absolutione q 72. Sed de hac re vide clarius in materia de Pœnitentibus, tit. consideratio Pænitenti circa electionem Confessoris.



De

De Parrocho circa suos Parrochianos in tempore Mortis.



ARROCHVS tenetur visitare Infirmos, & ad Sacramenta recipienda exhortare, & similiter ad faciendum Testamentum, por que despues no le falta el entendimiento. Sed de hac re vide clarius in materia de Mortis consideratione, tit. Secunda consideratio Mortis, & in materia de Pœnitentibus, tit. Consideratio Pœnitenti, circa satisfactionem pro pœnis suorum peccatorum. Et similiter Parrochus tenetur sepelire Mortuos suæ Parrochiæ, licet nullam eleemosynam inde speret, & in tempore pestis non potest fugere, nec relinquere oues suas absque Sacramentis, licet sciat se peste inficiendum. Tandem Parrochus peccat mortaliter, quando ob timorem mortis omittit communicare suum Subditum iam morientem; vel eius confessionem audire quamuis peste laboret; quia talis Subditus in tali casu est in extrema necessitate spirituali constitutus. Denique Parrochus in tempore pestis tenetur administrare Sacramenta, aut dare qui ministret illa peste infectis. Qui verò nō est Prælatus, aut Parrochus, non tenetur visitare peste infectum cum periculo vitæ, nisi salus animæ eius omnino tali visitatione indigeat. Deniquè Prælatus in tempore pestis non potest Populum deserere. Nota similiter, quòd in tempore mortis quilibet Sacerdos potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris. Sed de hac re vide clarius in materia de Pœnitentibus, tit. consideratio Pœnitenti circa electionem Confessoris.

Toletus de instruct. Sacerdotis lib. 4. cap. 10. & lib. 5. cap 5. Nauarrus cap. 25. num. 131. & cap. 24. num. 10. Candelabrum de Sacramentis in genere q. 18. & de Confessione q. 22. Sotus 4 dist. 18. q. 4. art. 2. Syluester verbo Confessio 1 §. 14 Aphorismi Confessorū tit. Parrochus, & tit. Charitas, & tit. Prælatus.

De Parrocho, circa licentiam concedendam suis Subditis confitendi.



ARROCHVS faciliter tenetur concedere licentiam omnibus suæ Parrochiæ confitendi alijs Confessoribus, tàm illius Diœcesis, quàm aliarum; aliàs male faciet, & peccabit. Ratio est, quia sunt multi adeo infirmi, qui potius volunt sine confessione mori quàm confiteri peccata sua Parrocho suo, vel tali Confessori in particulari. Secundò,


dō, quia per talem licentiam non impeditur diuinum mandatum cognoscendi vultum pecoris, quia hoc Parrochus extra viam confessionis potest facere, vigilando super gregem, corrigendo illos, qui in publico peccandi statu reperiuntur, non verò per confessionem; quia illud, quod in confessione scitur, nescitur; cùm in tali casu sciat vt Deus, de it vt Dei Minister, & non tanquam homo. Tertiò, quia quamuis ex tali licentia data nonnulla occasio mali nascatur, per eam multis malis maioribus occurritur; nam si talis licentia Pœnitenti confitendi cui voluerit Confessori à Parrocho denegetur, in tali casu si Pœnitens coarctetur confiteri suo Parrocho, vel tali Confessori in particulari, non confitebitur integrè, sed ea, quæ voluerit tacendo multa propter verecundiam, vel aliis de causis. Quartò, Parrochus tenetur concedere licentiam suis Parrochianis confitendi cui voluerint Confessori, ne faciat iugum confessionis intollerabile, aut confessionē detestabilem, vel grauissimam; debet Parrochus primò considerare, quod ille qui est solicitus conscientiam Subditorum per confessionem Sacramentalem scire ignorat quid faciat, & simul in tali casu ipse in laqueum multorum laborum, & tentationum incurrit. Idem dicendum est de Prælatis Religiosorum, scilicet, quòd faciliter tenentur suis Religiosis concedere licentiam, vt confiteantur cui voluerint Sacerdoti ipsius Religionis vel alterius habentis licentiam confitendi alios Religiosos, vel cuilibet Confessori exposito à quocumq; Ordinario.

3 NOTA pro declaratione, quòd quamuis verum sit, quòd Confessor nō possit absoluere aliquem, nisi super eum habeat iurisdictionem, id est non potest absoluere nisi solum illos pro quibus est expositus; tamen hanc iurisdictionem, siue potestatem dat Pœnitens cuilibet Confessori exposito à quocumq; Ordinario, quando dicit ei, quòd habet licentiam à suo Parrocho, vel à suo Episcopo, vel à suo Prælato confitendi cui voluerit Confessori exposito à quocumquè Ordinario, Nam hoc est aduertendum quòd vnusquisq; fidelis habet tres proprios Parrochos, quibus potest confiteri peccata sua; vel ab eis accipere licentiam confitendi cui voluerit Confessori exposito ab Ordinario tàm suæ diœcesis, quàm aliarum, videlicet Papam, qui est proprius Parrochus omnium Christianorum totius mundi; & Episcopum suæ diœcesis, & Parrochum suæ Parrochiæ. Caueat autem Parrochus ne propter talem licentiam concedendam Subditis, velit ab eis aliquid recipere, quia erit simoniacus. Similiter quilibet Religiosus habet quatuor proprios Parrochos, quibus potest omnia sua peccata confiteri, vel ab eis accipere licentiam confitendi cuilibet Religioso ipsius, vel alterius Religionis, habenti licentiam à suo Prælato confitendi alios Religiosos; & similiter potest ab eis accipere licentiam confitendi cuilibet Confessori exposito ab Ordinario illius diœcesis, vel aliarum; scilicet Papam, Generalem suæ Religionis, Prouintialem suæ Prouintiæ, & Priorem sui Conuentus.

3 S. Thomas 4. dist. 17. q. 3. art. 3. questiunc. 4. ad 6. Nauarrus tomo 1. de pœniten.

niten. cap. Placuit, dist. 6. num. 117. & num. 151. Sotus lib. 1. de iust. q 6. art. 6. & in 4. senten dist 18. q. 4. art. 3. Decis. aureæ lib. 1. cap. 27. Syluester verbo simonia §. 8. & verbo Confessor 3. §. 9. & §. 11. & verbo Confessor 1. §. 1. §. 2. & 13.

De Parrocho, circa fidem adhibendam suis Subditis.



PARROCHVS tenetur credere Subdito suo, dicenti se habuisse licentiam à suo Superiori confitendi cui voluerit vel se esse confessum Religiosis; vel dicentis se esse legitimè confessum, vel esse confessum ei, qui poterat eum absoluere, & in tali casu tenetur ei dare Sacramentũ Communionis in Paschate Resurrectionis; in quo tempore omnes ex præcepto Ecclesiæ tenentur communicari; & similiter poterit alia Sacramenta administrare, quando opus fuerit; nam peccata semel confessa habenti potestatem confitendi, non sunt iterum confitenda; aliàs si Parrochus suo Subdito, dicenti se esse confessum, fidem non adhibeat, malèfaciet, & peccabit, quia iniustitiam committit. Deniquè Parrochus tenetur credere Subdito in hac re, quamuis talis Subditus nullam habeat cedulam confessionis à suo Confessore, vel testem huius rei demonstret, vel modo dicat veritatem, vel mendacium, nisi (verbigratia) contrarium manifestè appareat; vel nisi talis Subditus habeat aliquod delictum notum, vel impedimentum pertinens ad forum iudiciale, scilicet excommunicationem, vsque clarè constet per testimonium esse absolutum ab ea, vel per relationem proborum hominum, vel ipsius excommunicati, si sit fide dignus, dicentis esse absolutum ab excommunicatione; quia in tali foro non creditur homini nisi probet, alioquin esset in præiudicium ipsius Parrochi; in foro verò conscientiæ, quando delictum est occultum creditur homini in his, quæ dicit pro se, & contra se, absquè alia probatione, vel testimonio, quia tunc est absque alterius præiudicio.

PARROCHVS aduertere debet pro maiori declaratione, quòd in fauorem Sacramenti Confessionis, factum est vt liberè possit vnusquisquè, idest sine licentia Parrochi confiteri sua peccata cuilibet Religioso exposito ab Ordinario ipsius Pœnitentis, quibus vt in plurimum maiori libertate omnes confitentur peccata sua, quàm suo proprio Parrocho; & quia si Pœnitens coactè teneatur confiteri suo Parrocho, poterit ea, quæ sibi libuerit confiteri, & tacere multa propter verecundiam, quam sẽtiam nõ approbo. Denique conueniens gratia fuit semper concessa omnibus fidelibus vtriusquè sexus, & similiter libera facultas eligendi Confessorem in Religionibus expositum ab Ordinario, qui Pœnitentem non agnoscat,

vel

vel facilius conscientiam Pœnitentis intelligat, vel propter alias causas Confessor gratior sit Pœnitenti; & quia cùm Sacramentum confessionis magis priuatè & occultè administretur quàm cætera alia Sacramēta, ideo conuenit, vt fideles omnes quantum ad hoc Sacramentum eximantur, & liberentur à suo proprio Parrocho; quod quidem non conuenit, vt fiat in receptione aliorum sacramentorum, scilicet Communionis, Matrimonij, & extremæ vnctionis.

NOTA pro declaratione, quòd Vicarij Episcoporum bono quidem zelo, non verò secundum scientiam, agunt apud aliquos, quando inquirunt eos qui confessi sunt propter transgressionem præcepti de Confessione semel in Anno facienda, cùm de confessione vix constare possit Ecclesiæ, nisi per ipsorum Pœnitentium confessionem, & declarationem; tamen non est inutile, nec iuri contrarium petere à suis Subditis cedulam Confessionis, vel aliam approbationem, qua credere Parrochus possit eos esse Confessos.

Manuel Rodriquez de explanatione Bullæ Crutiatæ fol. 176. Nauarrus tomo 1. de pœnitentijs dist 6. cap penult. num. 104. & in Manuali c. 21. num. 51. Syluester verbo Confessor 1. § 13. & verbo Confessor 2. § 4. Candelabrum de excommunicat. q. 104. Sotus in 4. dist. 18. q. 2. art. 3. Xuarez 3 p. q 82 art. 5. Victoria de Sacramentis tit. de confessione q. 122. Thomas Eliseus de Arcanis religionis Christianæ, titulo de Confessore fol. 246.

De Parrocho, circa administrationem Sacramenti Communionis.

PARROCHVS tenetur administrare Sacramentum Communionis suis Subditis scilicet habentibus perfectū vsum rationis, non solum quando Subditi tenentur illud recipere ex præcepto, scilicet in tempore Paschatis Resurrectionis, & Mortis, sed quotiescumq; Subditus voluerit illud recipere, deuotionis suæ causa, sicut dictum est de Administratione Sacramenti Confessionis. Quapropter Parrochus non debet dare hoc Sacramentum Amentibus à Natiuitate, quia isti non possunt discernere inter temporalem, & spiritualem cibum, nec actualem deuotionem habere ad tale Sacramentum, idest non habent perfectum vsum rationis; & similiter non est dandum hoc Sacramentum Pueris ante quatuordecimum, vel duodecimum annum propter easdem causas; & quia vt in plurimum ante hoc tempus Pueri non habent perfectum vsum rationis, sed bene potest hoc Sacramentum illis administrare cum habeant perfectum vsum rationis quod relinquitur iu-

dicandum iudicio prudentis Confessoris, cuius consilio standum est, quando pueri tenentur communicare, idest adimplere hoc præceptum Ecclesiæ de communicando in Paschatæ Resurrectionis, vel seruanda est consuetudo Terræ, aduerte quod de iuditio rõnis non potest dari regula generalis cum liberum arbitrium magis in vno quam in alio acceleretur, & quia in multis malitia supplet ætatem. Sed nota, quòd si de facto hoc Sacramentum Pueris detur ante perfectum vsum rationis, recipient grátiam illius Sacramenti; & similiter hoc Sacramentum non est administrandum illis, in quibus est periculum vomitus.

NOTA pro maiori declaratione, quòd Parrochus non debet aliquem priuare Sacramentis nisi solum ob peccatum mortale notorium; idest nulli Subdito suo, habenti perfectum vsum rationis, petenti Eucharistiam debet negare illam, nisi verè sciat illum perseuerare in peccato mortali manifesto, quia quilibet Christianus eo ipso quòd est baptizatus, habet ius in receptione Eucharistiæ; idest habet ius accedendi ad mensam Altaris dũ modo separatum inueniat; & non potest Parrochus tale ius suum, quod habet, auferre ab eo, nisi pro aliqua causa manifesta; ideo pro occulto peccato non est deneganda communio petenti in publicum, idest peccatori, existenti in peccato occulto, vel in excommunicatione occulta petenti in publico Communionem Parrochus non debet negare illam. Ratio est, quia peccatum occultum siue secretum non debet publice reprehendi, & manifestari, & excommunicatus occultus, idest non denuntiatus, nec manifestus percussor Clericorum non est vitandus in diuinis; nam benè possumus audire diuina cum illis post Concilium Constantiense. Secunda ratio est, quia si in tali casu Parrochus denegaret, esset proditor, vel reuelator criminis occulti; & similiter Parrochus non debet negare communionem in publico petenti, si peccatum, aut excommunicationem solum nouit in confessione, quamuis eum non absoluerit, vel non habuerit ab eo licentiam communicandi, quia in tali casu Parrochus scit vt Deus, & non vt homo; & quando negat, negat vt homo. Deniquè si in tali casu negasset, esset reuelatio, simulq; sigilli fractio confessionis. Tertia ratio est, quia Parrochus non potest dicere ei, quòd eum non absoluit, vel quod non dedit licentiam communicandi, quia in tali casu esset reuelator confessionis, idest frangeret sigillum confessionis. Sed est aduertendum, quòd si occultus peccator occultè petat communionem, in tali casu Parrochus debet denegare illam, idest in secreto admonere vt se abstineat à communione; primò, ne Parrochus cooperetur peccato illius, quod sine scandalo fieri potest. Secundò quia non licet Sanctum dare Canibus: Tertiò, quia sicuti publicus peccator perdit ius petendi in publico Eucharistiam, ita occultus peccator perdit ius petendi occultè.

NOTA secundò pro declaratione, quòd si Parrochus sciat peccatum petentis Eucharistiam esse notoriũ apud omnes; idest si petentes Eucharistiam fuerint manifestè peccatores, perseuerantes in peccato, vt sunt pu-

blici

blici Vsurarij, publici Concubinarij, Meretrices notoriæ, non debet eis illam concedere, quia esset mittere margaritas ante Porcos, & Sanctum dare Canibus. Deniquè manifestis peccatoribus etiam manifestè petentibus Sacramentum Eucharistiæ debet eis denegari. Quapropter Parrochus excommunicato publico, etiam in publico petenti, debet hoc Sacramentum denegare, & similiter Meretricibus, & publicis vsurarijs; Omnes isti sunt à communione expellendi, quantumcumquè manifestè, vel occultè petierint, & secretè pænituerint, & sanctissimè sua peccata confessi fuerint ipsi Parrocho, nisi prius egerint pœnitētiam, quæ nota sit exterius, idest apud omnes: post priuatam verò pœnitentiam possunt admitti ad communionem priuatè, idest in secretò, non verò in publico, propter scandalum; publicè verò dare illis poterit post publicam pœnitentiam, vel publicare quòd sunt Pœnitentes. Sed nota, quòd si contigat, quòd publicus peccator accedat ad Altare cum alijs, & petat communionem; vel si dicat Parrocho, quòd habet cedulam confessionis à suo Confessore, Parrochus tenetur respondere ei, Accipe communionem à tuo Confessore; vel poterit dicere ei, Tu es peccator publicus in quantum apparet, & ideo non debes communicare, donec publicè emenderis, & de tua conuersatione, & vitæ emendatione cōstet, taliter vt qui tuis malis exēplis offensi fuerūt, tuæ vitæ emēdatione, & bono exemplo ædificentur. Sed si contingat, quòd talis publicus peccator confessus fuerit ipsi Parrocho, & quamuis ab eo non habeat licentiam communicandi, nihilominus tamen vult communicare, & publicè cum alijs accedit ad Altare ad communicandum, & dicit Parrocho, Tibi cōfessus sum peccata mea, & tu me absoluisti, & ideo volo communicare; vel si dicat, quòd confessus est tali Confessori, & postea talis Confessor interrogatus, An absoluit eum? non audet dicere, quòd non absoluit eum, ne eius peccatum reuelet; neq; quòd absoluit eum, ne mentiatur. Sed nota, quòd bene poterit respondere, A que proposito me preguntan à mi aquesta question? ego feci offitium meum, quid ad vos? in tali casu Parrochus tenetur respondere ei, nihil scio de hoc, vade in pace; nam publicus peccator non debet cōmunicare, donec publicè emendetur, vel poterit dicere publicè, Hic homo in quantum apparet hucusq; in peccato publico permansit, & permanet; Idest hucusquè publicus est peccator, & publico peccatori quousquè constet publicè, quòd desinit esse talis non debet Eucharistiæ Sacramentum publicè ei administrari quia in his verbis Parrochus non reuelat confessionem. Quòd si publicus peccator in vno loco, accedat ad communicandum in alio loco distante, in quo reputatur bonus, & non potest ad illum locum fama eius facilè peruenire, & petat à Parrocho, vel ab alio Sacerdote communionem publicè; probabile mihi videtur, quòd in tali casu tenetur illi dare; aliàs offenderet illum in re graui.

PARROCHVS cùm publico peccatore, confesso sibi finita confessione debet se habere tanquam si nihil prorsus sciret de suis peccatis sibi con

fessis, nam illud quod in confessione scitur secundũ D. Augustinũ nescitur; & ideo non poterit dicere ei nec alio quod non absoluit eum; vel quòd non dedit illi licentiam communicandi, vel quòd non vult ei dare communionem, quia habet peccatum reseruatum, quia in tali casu esset reuelator confessionis. Nota, que quando al Parroquiano, o à otro qualquier Confessor le preguntan si podrà commulgár el tal Penitẽte, ò el tal Señor que se hà confessado con el, o le aya absuelto, ò no; hà de responder, yo en esse caso nó me empacho, à el està esso yo que tengo que ver. Nota pro declaratione, quod Confessor de peccatis que in confessione audiuit modo absoluat pœnitentem siue non poterit iurare se nihil scire nec tale peccatum in confessione audiuisse intelligendo sic vt dicere, vel manifestare teneatur eodem modo pœnitens poterit iurare se in confessione tale peccatũ non cõfessum fuisse quod si vero Papa præciperet Confessori sub pæna excommunicationis latæ sententiæ vt dicat ei quæ sciuit vel audiuit in confessione in tali casu non tenetur ei obedire, quia in hoc non est illi subditus sed Deo soli cuius est minister, nam ea quæ scit in confessione non scit vt homo, sed vt Dei minister, ita tenetur se habere laicus si audierit confessionem alicuius non obstante quod non poterit illum absoluere aliter si res habet de his quæ audiuntur sub sigillo Confessionis licet sint secretè tenenda, tamen sunt reuelanda Superiori scilicet quando Superior potest iustè præcipere vt dicat ei veritatem de his, de quibus interrogauero, quia tale secretum non potest nec debet præiudicare Superioris auctoritati; & propterea nullus debet accipere aliquid sub sigillo Confessionis.

PARROCHVS aduertere debet, quòd nulli tenetur administrare Sacramentum Communionis sub vtraquè spetie, scilicet panis, & vini, sed solum sub spetie panis tantum, quia peccabit mortaliter, nisi solum apud Græcos vbi est talis consuetudo; quia fuit prohibitum in Concilio Constantiensi; & similiter esset contra consuetudinem generalem Ecclesiæ, quamuis in primitiua Ecclesia erat consuetudo dandi hoc Sacramentum omnibus fidelibus, sub vtraquè spetie, secundum illud Pauli; Omnes, qui de vno pane, & de vno Calice participamus; sed solum Parrochus tenetur administrare hoc Sacramentum sub spetie panis tantum; nam ille qui suscipit hoc Sacramentum sub spetie panis tantum suscipit quidem ex vi Sacramenti Corpus Domini nostri Iesu Christi, & per quandam inseparabilem concomitantiam, similiter, & sanguinem ipsius, cùm Corpus Domini nostri Iesu Christi non sit absquè sanguine, sicut nec sanguis absquè corpore. Sacerdos verò qui debet hoc Sacramentum conficere, & perficere, scilicet in celebratione Missæ nullo modo debet sumere Christi Corpus absque sanguine, idest Sacerdotes sacrificantes iure diuino tenentur sumere Eucharistiam sub vtraque spetie. Laicis verò ad cautelam, scilicet ne aliquid accidat quòd veniat in iniuriam tanti Sacramenti, & mysterii, præcipuè ne sanguis effundatur in sanguinis sumptione, aut ad nauseam prouocentur

nocentur præſertim illi qui non habent in vſu bibere vinum,& alijs multis de cauſis prohibetur ne eis detur ſub ſpetie vini,ſed tantum ſub ſpetie panis, & ſimiliter Sacerdotibus non celebrantibus dandum eſt hoc Sacramentum ſub ſpetie panis tantum. Nota pro maiori declaratione, quòd licet in hoc Sacramento ſint duæ ſpecies diſtinctæ, ſcilicet panis, & vini, tamen ſub vnaquaq; ſpetie eſt totus Chriſtus Dñs noſter indiuiſus;ſcilicet ſub ſpetie panis eſt per conuerſionem, ſiue tranſubſtantiationem panis in Corpus Chriſti ex vi cõſecrationis,ratione verborum conſecrationis,ſcilicet.Hoc eſt enim Corpus meum. Et Sanguis illius eſt per concomitantiã. Anima verò per coniunctionẽ,& diuinitas per vnionẽ;& iſta quatuor non poſſunt ad inuicẽ ſeparari. Et quãuis verũ ſit, quòd quando Chriſtus fuit mortuus,& ſepultus, Anima eius realiter fuit ſeparata in triduo à corpore ſuo, tamen diuinitas eius nunquã ſeparata eſt ab Anima illius, nec à corpore. Ideſt à carne ſua ſepulta. Hinc ſeqtur,quòd in triduo caro Chriſti non fuit putrefacta, propter balſam diuinitatis. Idem dicendum eſt de Sanguine Chriſti qui eſt ſub ſpetiebus vini per conuerſionem,ſiue per tranſubſtantiationem vini in Sanguinem Chriſti ratione verborum conſecrationis, ſcilicet. Hic eſt calix &c. & Corpus illius per concomitantiam. Anima verò per coniunctionem, diuinitas verò per vnionem; quia non datur Corpus viuum abſquè Sanguine,neq; Sanguis ſine Corpore. Nota, quòd in dubio probabili,quòd defuerit aliquid ad conſecrationẽ neceſſarium põt repeti forma conſecrationis ſub conditionè mentali, ſi non eſt conſecratum.

NOTA pro declaratione dictorum,quòd licet Corpus Chriſti per verba conſecrationis panis ſit ſub illis ſpetiebus panis, & Sanguis Chriſti ſimiliter per verba conſecrationis vini ſit ſub ſpetiebus vini,tamen non mouetur deſcendendo localiter de cœlo per medium ad locum Sacramenti; quia Corpus Chriſti in cœlo non eſt in termino à quo,neq; ad quem:ideſt, non quòd Corpus Chriſti quod aſſumptum fuit in cælum deſcendat de cœlo in terram in illa hoſtia nec Sanguis in illud vinum;ſed panis ille,& ſimiliter vinum ratione illorum verborum conſecrationis tranſit, & conuertitur in Corpus,& Sanguinem Chriſti,quod Theologi vocant tranſubſtantiationem panis in Corpus, & vini in Sanguinem tranſubſtantiatio eſt mutatio totalis vnius ſubſtantiæ in alteram totalem ſubſtantiam,ita quod tota ſubſtantia illius hoſtiæ tranſmutatur in ſubſtantiam Corporis Chriſti. Deniquè prolatis illis verbis cõſecrationis,Chriſtus verè ſub illis accidentibus continetur, ſed non ita ibi quòd non in cœlo: Aduerte primò, quòd licet in pluribus mundi partibus Miſſa celebretur, & conſecretur, tamen ſemper eſt idem Corpus in illis locis. Hoc probatur eſſe verum auctoritate Eccleſiæ, de conſecratione diſtinct. 2. dicentis, licet in multis locis, & innumerabilibus diebus illud Corpus conſecretur, non tamen multa corpora, ſed vnum corpus eſt. Sicut (verbi gratia) vox Prædicatoris eſt vna, tamen æqualiter à pluribus auribus percipitur.

Aduerte

Aduerte secundò, quòd si dentibus præmatur, tamen illæsum præseruatur, quia Corpus Christi est impassibile, & gloriosum; & per consequens illæsum manet. Aduerte tertiò, quòd licet Christus verè sit sub illis speciebus panis, & vini, tamen si à cane, vel à mure, vel ab alio animali comedatur, non Christus, sed species illæ panis sumuntur, quia nulla ordinatio est bruti ad Corpus Christi. Aduerte quartò, quòd Hostia ab animali comesta, si potest extrahi, seruetur donec corrumpatur, animal verò comburatur, & in piscinam cineres mittantur. Idem videtur faciendum si quis euomat Eucharistiam. Aduerte quintò, quòd si sanguis cadat super tabulam lambatur, & radatur; si super mapam sugatur, & lauetur. Deinde rasura, vel ablutio in piscinam mittatur. Aduerte sextò, quòd sicut Anima nostra est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis ita Corpus Domini nostri Iesu Christi est totum in tota Hostia, & totum in qualibet parte Hostiæ. Sed nota, quod huius veritatis cognitio excedit capacitatem nostri intellectus, & via naturali cognoscere non possumus, circa quam sensus omnino deficit, ideo quod Christus Ioannis 6. nullam rationem adduxit nisi fidem, & ideo Ecclesia loquens de isto Sacramento ait præstet fides supplementum sensuum defectui, & ait etiam Ecclesia cũ beato Gregorio quod fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum, & Sanctus Thomas ait qui volunt ea quæ sunt fidei per rationes naturales probare fidei derogant auctoritati, & dignitati.

NOTA secundò pro declaratione, quòd omnibus sumentibus Eucharistiam confertur æqualis gratia ratione Sacramenti ex opere operato ex eo proueniente, quæ tamen augetur ratione maioris feruoris recipientis. Aduerte similiter, quòd non datur maior gratia si recipiatur sub vtraquè spetie quàm si sub vna, nec recipit maiorem gratiam qui recipit plures hostias consecratas simul, quàm qui vnam minimam eo quod totus & integer Christus sub qualibet confertur: alias qui maiorem hostiam consecratam, vel plures simul susciperet, maiorem reciperet gratiam, ratione quantitatis continuæ, quod est falsum: Et similiter sequeretur quòd Populus, recipiendo hoc Sacramentum sub spetie panis tantùm, defraudaretur magna parte gratiæ, quod quidem similiter est falsum. Nota, quod vbi sunt plures hostiæ realiter discõtinuæ ibi sunt plura numero realiter Sacramenta verum quando plures hostiæ simul sumuntur in ordine ad vnicam comestionem ibi est vnum numero Sacramentum simpliciter, & secundum quid plura.

PARROCHVS tenetur administrare Sacramentum Communionis nõ solum in Paschatæ Resurrectionis in quo omnes ex præcepto Ecclesiæ tenentur communicare, sed etiam in tempore Mortis naturalis, aut violentæ, videlicet omnibus verè Pœnitentibus, & in tali tempore etiam hæretico parato incendio, si pæniteat, & resipiscat, & tale Sacramentum petat; & similiter suspendendis in furca, vel decapitandis si antea peccata sua confessi fuerint, & illud petant. Ratio est, quia nullo iuri contrariũ reperitur

peritur statutum, scilicet dandum est illis vno die ante supplicium; & recipiens sit ieiunus, scilicet ieiunio naturæ, idest quòd à media nocte nihil cibi, medicinæ, conseruæ, vel alterius rei sumpserit. Nam quamuis verum sit, quòd infirmus possit communicare, idest recipere hoc Sacramentum post cibum sumptum, si de eius salute dubitatur, non verò condemnatus ad mortem. Nota quòd esset magna irreuerentia dare supplicium alicui, qui eodem die communicauit. Ratio est; nam cùm Christi Corpus in Sacramento Eucharistiæ recipiatur, tamdiu præsentia eius intra nos durat, quamdiu species illæ panis calore naturali consumuntur; idest quamdiu manent species Sacramentales panis, aut vini, tamdiu sub illis manet Christi Corpus. Volumus dicere ad maiorem intelligentiam quòd vbicumq; integrè, & incorruptæ speties Sacramentales panis, & vini sunt, ibi est verum Sacramentum, & per consequens totus Dominus noster Iesus Christus; consumptis enim, præsentia eius non est, idest statim quod corumpuntur non est quærendum Corpus, & sanguis Christi nisi in cælo, sed effectus illius, qui est gratia semper durat, dummodo ratione alicuius peccati mortalis non deperdatur. Et similiter aduertendum est, quòd Christi corpus in Sacramento Eucharistiæ est totum integrum in tota panis, & vini spetie, & totum sub altera tantùm, & in qualibet eius parte licet minima sit. Nota similiter, quòd quamuis Deus sit vbiq; potentialiter, præsentialiter, & essentialiter, tamen per gratiam solum est in iustis; amissa gratia per peccatum, recedit ab eo per gratiam, & iustificationem. Nota, quòd multi dicunt, quòd potest hoc Sacramentum dari condèmnatis vnam horam ante mortem, & non ieiunis, idest etiam si iam comedissent; est enim viaticum, & hoc est probabile.

PARROCHVS aduertere debet, quòd sunt multi Doctores dicentes, quòd si quis in Paschatæ Resurrectionis communicauit in sua Parrochia, vel de licentia Parrochi in alia, quamuis postea in morte sua non communicet propter negligentiam sine contemptu quòd non peccat mortaliter. Ratio est, quia ille, qui communicauit in Paschatæ iam adimpleuit præceptum Ecclesiæ de communicando, quamuis communicauerit in peccato mortali, secundum probabiliorem opinionem. Et similiter Parrochus aduertere debet, quòd sunt multi Doctores dicentes, quòd si Sacramentum Communionis non detur suspendendis in furca, vel decapitandis scilicet in Terris vbi est talis consuetudo, vel alijs de causis, quòd non erit peccatum mortale, & excusari Iudices nõ permittentes dari hoc Sacramentum condemnatis ratione consuetudinis Terræ. Ratio huius veritatis est, quia quamuis sit de iure diuino sumere hoc Sacramẽtum Communionis semel in vita, secundum illud Ioannis, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, tamen non est determinatum ab Ecclesia, quòd sit de iure diuino sumere in mortis articulo; ideo multi saluantur post Baptismum sine ipso, scilicet qui in villis, & in itinere, & in mari moriuntur. Secunda ratio est, quia hoc Sacra-

mentum

mentum non est absolutè necessitatis, sicut Baptismus, sine quo nullus potest saluari in re, vel in voto suscepto: Ideo si suspendendis in furca, vel decapitandis his, & alijs rationibus hoc Sacramentum non detur, scilicet vbi est talis consuetudo, nullum erit peccatum. Quòd autem hoc Sacramentum non sit absolutè necessitatis, probatur; aliàs posset quidem Sacerdos quamuis non sit ieiunus celebrare ad consecrandas Hostias, ad communicandum Infirmum morti proximum, ne sine communione discedat, nam si non potest, est de iure positiuo, scilicet ex institutione Apostolorum. Quapropter Papa potest dispensare vt Sacerdos possit quamuis non sit ieiunus celebrare; & Infirmi possunt communicare post comestionem; idest quamuis non sint ieiuni, vel post medicinam sumptam, vt affirmant viri docti si de periculo vitæ illorum dubitatur, quapropter hoc Sacramentum non est absolutè necessitatis. Aduerte ex Congregatione Concilij quòd Eucharistia non est deferenda ad ægrotum qui non potest sumere illam; & similiter dicendum est, quod si (verbi gratia) esset de iure diuino communicari in mortis articulo, sequeretur, quòd Ecclesia non posset priuare hominem in Mortis articulo à communione, quia Ecclesia non potest ius diuinum violare, cùm tamen constet Ecclesiam hoc fecisse (vt refert Innocentius primus in Epistola 3. & per consequens non est de iure diuino sumere in mortis articulo; & similiter dicendum est, quod si esset de iure diuino sumere hoc Sacramentum in tempore mortis, non esset in Gallia, & in multis alijs partibus Christianitatis consuetudo non dandi hoc Sacramentum his qui morte plectebantur; Quam consuetudinē dicit Nauarrus Doctor magnæ auctoritatis non esse irrationabilem. His tamen obstantibus, dicendum est, quòd quamuis in aliquibus locis sit consuetudo non dandi hoc Sacramentum suspendendis, vel decapitandis; & in similibus locis denegare illis hoc Sacramentum, nullum sit peccatum; tamen melius est, vt illis detur, quia auget gratiam, & remittit partem pœnæ peccatorum scilicet eis, qui existentibus in gratia illud recipiunt, non totam, sed secundum dispositionem recipientis; & similiter est contra illusiones & pugnas demonum, & per receptionem illius confitebimur recedere ab hac vita, tanquam membra Christi viuentia, quamuis nullum præceptum diuinum, aut humanum expressum inueniatur sumendi hoc Sacramentum in tempore mortis. Nam Canon solum præcipit in Paschatæ Resurrectionis communicare; tamen consuetudo Ecclesiæ habet dandi hoc Sacramentum Infirmis in tempore Mortis ex consuetudine, vel ex traditione recepta Apostolorum, tanquam diuino iure esse præceptum.


PARROCHVS tenetur similiter administrare Sacramentum Eucharistiæ in tempore mortis omnibus habentibus signa contritionis; videlicet leuādo manus in altum, vel percutiēdo pectus quamuis in vita sua fuerint magni peccatores, & per multos annos nō cōfessi fuerint sua peccata, vel quomodocumq; fuerint excōicati, dūmodo non sit timor de vomitu, aut de aliqua irreuerentia Sacramenti. Ratio est, quia debet præsumi, quòd

in tali tempore huiusmodi ſignis deuotionis, quod ſint contriti, & quòd tale Sacramentum petierunt, licet non probetur, vel quòd petere voluerunt, ſed non potuerunt. Sed nota, quòd ſi non oſtendant ſigna contritionis, & pœnitentiæ, non debet illis dari; quia ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, niſi probetur contrarium. Nota, quòd non debet dari frenitidis, nec amentibus qui nullam deuotionem ad hoc Sacramentum habuerunt, ſed ſi aliquando vſum rationis, & fidem ad hoc Sacramentum habuerunt, & ſuperueniat amentia ſi petunt debet illis dari ſi non ſit timor de vomitu aut de aliqua irreuerentia Sacramenti; quia per ea quæ naturalia ſunt non debet homo perdere beneficia grata, confeſſa à Deo.

PARROCHVS aduertere debet, quòd facere legem, quòd omnes fideles communicent omni Dominica, non eſt bona doctrina, quamuis in primitiua Eccleſia dum fides feruebat frequentiſſimè, & forſan quotidie ſeculares communicabant; lapſu temporis fuit decretum, quòd in omnibus Dominicis omnes communicarent. Et Diuus Auguſtinus omnes ad communicandum, ſaltim ſingulis Dominicis hortabatur. Ratio dictorum eſt, quia non omnes habent deuotionem neceſſariam ad receptionem huius Sacramenti. Similiter Parrochus aduertere debet, quòd nulli ſeculari danda eſt licentia vt communicet omni die, ſed ſolum ſemel in hebdomada, niſi fuerit in vitæ ſanctitate, vt Diua Catherina. Et ſimiliter Parrochus aduertere debet, quòd Fabianus Papa præcepit, vt ſaltim omnes fideles ter in anno communicent, ſcilicet in Paſchatæ Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini. Poſtea verò Innocentius Tertius, propter multitudinem fidelium, vel propter illorum in deuotionem, vel ob alias cauſas, ordinauit, vt ſatisfacerent fideles ſumendo Euchariſtiam ſemel in anno, ſcilicet in Paſchatæ Reſurrect. Deniquè Eccleſia, in tẽporibus noſtris, obligat ſolum ſemel in anno ſumere Euchariſtiã, ſcilicet in Paſcha Reſurrect.

Ioannes Antonuntius in ſuo Catechiſmo lib. 1. cap. 24. Syluester verbo Eucharistia 3. §. 3. & ſequen. Medina de Instruct. Confeſſorum lib. 1. cap. 5. & 3. & 14. & lib. 2. cap. 2. & 4. & 19. Nauarrus cap. 26. num. 22. & cap. 12. & cap. 25. & de horis Canon cap. 22 & lib. 3. Conſiliorum de pænitentijs, & remiſſion. conſil. 16. & conſ. 40. Caietanus verbo Communionis Miniſter, & verbo Confeſſoris neceſſaria: Sotus 4 diſt. 12. q. 1. art. 11. & diſt. 22. q. 1. art. 1. & diſt. 18. q. 1. art. 3. & diſt. 2. q. 1. art. 4. Xuarez 3 p. q 80. art. 11. & q. 82. art. 5. Toletus de instruct. Sacerdotis lib. 2. cap. 28. & cap. 29. & lib. 3. cap. 3. Victoria de Sacramentis tit. de Euchariſtia per totum; & de confeſſione q. 12. & q. 187. & de pęnitentia q 110. Candelabrum de Sacramentis in genere q. 9. & q. 18. & de confeſſione q. 22 & de Euchariſtia q 147. Barthol Angelus dial. 4. per totum Aphoriſmi Confeſſorũ tit Euchariſtia, & tit Miſſa & tit. Sacramentum. Summa armila verbo Communio §. 25. Thomas Eliſeus de Arcanis Religionis Chriſtianæ, tit. de articulis fidei fol. 155. & de Sacramento Euchariſtiæ fol. 224. & fol. 229. & 230. & de Confeſſore fol. 248.

Consideratio particularis Sacerdotibus, circa Administrationem Sacramenti Eucharistiæ.



VLLVS Sacerdos potest administrare Sacramentum Eucharistiæ sine licentia Parrochi, vel Episcopi; nam est occupare ius in re graui, & contra pacem, & debitam gubernationem, & ordinem Ecclesiæ. Sed nota, quòd hoc intelligitur ex suo genere, quia si intercedat bona fides, aut interpratatiua, seu præsumptuosa voluntas Parrochi, probabili causa, poterit excusari peccatum, vel omne, vel saltim mortale]. Si autem Religiosus administret Sacramentum Eucharistiæ sine licentia Parrochi, in tali casu non solum peccat mortaliter, sed est ipso iure excommunicatus excommunicatione Papali. Sed nota, quòd ad hoc quòd Religiosus cadat in hanc censuram excommunicationis; necesse est, vt transgressio ex præsumptione fiat; nam si Religiosus ex ignorantia hoc Sacramentum administret, putans sibi licere, vel ex ratihabitatione Parrochi probabiliter præsumpta, in tali casu non cadit in hanc censuram excommunicationis, nam hanc vim habet verbum illud positum in ipsa excommunicatione, videlicet si præsumpserit. Nota, quòd hæc excommunicatio solum comprehendit Religiosos, administrantes hoc Sacramentum secularibus, sine licentia Parrochi, scilicet Laicis, vel Clericis; non verò Religiosos, administrantes hoc Sacramentum alijs Religiosis suæ Religionis, vel aliarum, sine suorum Prælatorum facultate, etiam si in eo forsitan peccent, vt patet ex verbis ipsius excommunicationis, dicentis; Religiosi, qui Clericis, aut Laicis Sacramentum Eucharistiæ ministrare præsumpserint. Sed de hac re vide clarius, titulo sequenti; & similiter vide Doctores inferius citatos.

De Parrocho, circa Administrationem Sacramenti Extremæ vnctionis.



ARROCHVS aduertere debet, quòd ex offitio suo tenetur administrare Sacramentum Communionis, & extremæ vnctionis in tempore Mortis; vel dare licentiam alteri Sacerdoti, vt ista Sacramenta administret. Quapropter si in hac re negligens fuerit, malè faciet, & peccabit, & secundum suam negligentiam debet ab Ordinario puniri. Aduertendum est primo, quòd in tali tempore, deficiente Parrocho, poterit

poterit administrare ista duo Sacramenta quilibet Sacerdos præter Religiosos; nam ad administrationem horum Sacramentorum non requiritur iurisdictio; sed solum requiritur de necessitate, quòd sit Sacerdos, qui illa administrat. Aduertendum est secundò, quòd est opinio probabilis, quòd similiter Religiosus poterit in tempore mortis ista duo Sacramenta administrare deficiente Parrocho. Ratio est, nam quamuis verum sit, quòd excommunicatio Papalis posita sit contra Religiosos administrantes Sacramentum Matrimonij, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis sine licentia Parrochi; sed hoc intelligitur quando Religiosus administrat ista Sacramenta, intelligens displacere proprio Parrocho: Vel dicendum est, quòd quando Summus Pontifex posuit dictam excommunicationem contra solos Religiosos, administrantes hæc Sacramenta sine licentia Parrochi, eius intentio non fuit, vt talis excommunicatio esset in detrimentum Populi Christiani; nam licet Sacramentum Communionis, & Extremæ Vnctionis non sint de necessitate salutis in tempore mortis, nam sine ipsis multi saluantur, præcipuè qui in mari, & in itinere moriuntur; tamen sunt maxime vtilitatis potest fieri vt homo Sacramento extremæ vnctionis ex attrito fiat contritus, & saluetur; idest recipiat gratiam virtute illius, & remissionem omnium suorum peccatorũ mortalium, & venialium; & ideo fieri potest, vt quis Sacramento Extremæ vnctionis saluetur, & sine illo condemnetur: nam quamuis attritio per se sola non sufficiat ad remissionem peccatorum, tamen valore huius Sacramenti sufficit. Vel dicendũ est, quòd talis excommunicatio solum dicit contra Religiosos præsumentes administrare talia Sacramenta sine Parrochi licentia; & Religiosi administrantes Sacramentum Communionis, & Extremæ Vnctionis in tempore mortis intelligentes, vel credentes, quòd Parrochus ratum habebit, realiter non contrariantur huic excommunicationi; quia in tali casu non dicuntur præsumentes, sed benè, & charitatiuè facientes. Aliter se res habet si Religiosus intelligat Parrochum omnino dissentire; quia in tali casu esset excommunicatus administrans talia Sacramenta sine illius licentia.

Caietanus verbo Excommunicatio 64. Nauarrus cap. 27. num. 102. Xuarez 3. p. q. 82. art. 3. fol. 874. Frater Angelus dial. 4. & §. 285. Summa Armil. excommunicatio 49.

PARROCHVS tenetur administrare Sacramentum extremæ vnctionis in tempore mortis omnibus habentibus signa contritionis, scilicet leuando manus in altum, vel tundendo pectus, quamuis antea fuerint magni peccatores, scilicet excommunicati, aut malæ vitæ, vel quamuis non confessi fuerint sua peccata, nec tale Sacramentum petierint, dummodo non sit periculum irreuerentiæ ipsius Sacramenti; quia in tali tempore habendo signa contritionis, præsupponitur quòd sint contriti, & quòd tale Sacramentum petierunt, licet non probetur; vel quòd petiuissent, si aduertissent; vel quòd petere voluerunt, sed non potuerunt. Sed nota, quòd si non ostendant signa contritionis, vel pænitentiæ, non

debent illis dari; quia ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali niſi contrarium appareat.

PARROCHVS non debet adminiſtrare Sacramentum Extremæ Vnctionis in tempore Mortis Pueris, vt in plurimum ante duodecimum annum; quia in ipſa Sacramenti forma dicitur, Indulgeat tibi Dominus quicquid dereliquiſti; & ſimiliter propter ſuam paucam deuotionem, & intelligentiam, niſi malitia ſuppleat ætatem; poſt duodecimum annum poteſt illis dare, nam in tali tempore iudicantur Pueri iudicium habere diſcretionis, & peccare poſſe, quamuis non ſint tantæ intelligentiæ, vt ſint Sacramenti Euchariſtiæ capaces; Sufficit enim ad receptionem Sacramenti Extremæ vnctionis ætas, in qua poſſunt peccare. Sed nota, quòd hoc Sacramentum non debet dari Amentibus à natiuitate, nec furioſis, qui nullam deuotionem habuerunt, nec ratione vſi fuerunt. Ratio eſt, quia hoc Sacramentum Extremæ Vnctionis datur in remiſſionem peccatorum, & iſti nunquam peccauerunt actualiter, & per conſequens non debet illis dari. Si autem ſint Amentes ex interuallis, & aliquando petierunt, debet illis dari quamuis ſuperueniat Amentia; quia per ea, quæ naturalia ſunt, non debet homo perdere beneficia grata, conceſſa à Deo, el que pide el Sacramento de la Extrema vncion, y deſpues pierde la raçon bien le pueden vngir, y darle a queſto Sacramento.

PARROCHVS aduertere debet, quòd ſi ſanis Sacramentum Extremæ vnctionis conferatur, nullum erit, quia requiritur infirmitas, non qualicũq; ſed quæ reputatur iudicio prudentium ad mortem. Quapropter non debet dari euntibus in bellum nec ſuſpendendis furca, quia non ſunt capaces ſalutis corporalis; quæ eſt vnus effectus huius Sacramenti, & quia talis mors non venit ex defectu naturæ ſed ex euentu fortunæ. Sed nota, quòd ſi in furca ſuſpendendus, vel decapitandus, ratione infirmitatis, ſit morti proximus, in tali caſu debet illi dari antequam ſuſpendatur, vel occidatur: nam quamuis non proſit illi ad ſanitatem corporis, cùm ſit ſuſpendendus, proderit illi ad primarium effectum huius Sacramenti, ſcilicet ad ſalutem ſpiritualem animæ ſuæ, nam confert gratiam, & remiſſionem peccatorum, non ponenti obicem, ſcilicet atrito, & auget illam habenti, ideſt contrito; & ſimiliter valet hoc Sacramentum ad reſiſtendum dæmonibus.

PARROCHVS tenetur adminiſtrare Sacramentum Extremæ vnctionis illi, qui morte repentina præuentus abſquè confeſſione, & loquela, & alijs ſenſibus priuatur. Deniquè ſi quis repentè moriatur, vel inſanierit, ſine confeſſione, & ſine ſigno contritionis, nihilominus tamen eſt vngendus, dummodò non moriatur in peccato mortali notorio. Ratio eſt, quia eo ipſo, quòd quis eſt Chriſtianus, & benè vixit, videtur petere remedia ſibi vtilia, ideſt Sacramenta. Et confirmatur hoc eſſe verum ex vſu Eccleſiæ, quæ ſolet eos vngere, & ſepelire in loco ſacro licet decedant abſquè confeſſione, & ſine ſigno contritionis. Sed eſt aduertendum, quòd ſi quis inciderit in apoplexiam, vel in amentiam, dum eſſet in peccato mortali notorio,

notorio, ideſt peccator notorius exiſtens; in tali caſu non eſt vngendus, nec in Eccleſiaſtica ſepultura debet ſepeliri niſi prius oſtendat ſignum cõtritionis. Nota, quòd repertus in puteo non eſt priuandus ſepultura, quia non præſumitur ſe occidiſſe.

PARROCHVS aduertere debet, quòd Sacramentum Extremæ Vnctionis non eſt de neceſſitate ſalutis, Quapropter ſi quis ex negligentia non ſumat illud, non peccat mortaliter; ſi verò nolit recipere illud ex cõtemptu, peccaret mortaliter; vt ſi quis ſuppoſita fide huius Sacramenti, nolet vti eo: Et ſimiliter eſſet peccatum non recipere illud, ſi ſequatur ſcandalum.

PARROCHVS quando adminiſtrat Sacramentum Extremæ Vnctionis ſi dubitat, An infirmus ſit mortuus, in tali caſu debet adminiſtrare illud cum conditione, videlicet, dicendo, Si mortuus es non te vngo; vel ſi es viuus, te vngo. Nam ſi ſciat verè, quòd ſi mortuus, in tali caſu non tenetur finire Sacramentum, quamuis eſſet infirmus viuus cùm incipiebat illud adminiſtrare. ideſt, ſi in ſecunda, vel tertia vnctione infirmus moriatur, non eſt amplius procedendum. Quapropter Parrochus cum diligentia tenetur adminiſtrare hoc Sacramentum, antequàm infirmus moriatur; quia in vltima, & poſtrema vnctione confertur gratia, & remiſſio omnium ſuorum peccatorum. Sed intentio Miniſtri debet dirigi ad omnes vnctiones; quia omnes vnctiones ſunt vnum Sacramentum. Hinc ſequitur, quòd Infirmus recipiat gratiam, ſi ſit diſpoſitus (verbi gratia) atritus in vltima, & poſtrema vnctione, quamuis in alijs vnctionibus non ſit diſpoſitus. Et poteſt hoc Sacramentum pluries adminiſtrari in eadẽ infirmitate, ſi fuerit longa quia non imprimit caracterem; ſicut in eticis, & frenitidis, & in alijs infirmitatibus longis come aya interualo de tiempo de dos o tres meſes, nota, que no es neceſſario vngir al enfermo en los lomos, o en el onbligo, baſta vngir los ojos, orejas, nariz, boca, manos, y pies.


PARROCHVS, quando adminiſtrat Sacramentum Extremæ vnctionis ſi dubitat, An Infirmus ſit in agonia mortis; ideſt ſi dubitat, An infirmus citò moriatur, in tali caſu non tenetur ſeruare ordinem Manualis circa dicendas preces, & orationes; ſed ſtatim tenetur facere eſſentialia, videlicet Vnctiones, ne ſine Sacramento Infirmus diſcedat; & poſtea dicat orationes, quæ dicendæ erant in principio. Et ſi Parrochus in adminiſtratione huius Sacramenti non habeat ſecum Socium, ſcilicet Clericum, vel ſæcularem, qui reſpondeat, poterit ipſe ſolus adminiſtrare, & ſibi ipſi reſpondere. Et ſi Infirmus, qui vngitur, ſit Sacerdos, in tali caſu poterit ipſe reſpondere, & tunc non eſt opus reſpondentis. Et ſi Sacerdos qui adminiſtrat hoc Sacramentum non poſſit progredi, ſupplenda ſunt per alium quæ reſtabant: & poteſt vnius Sacerdos partem vnam vngere, & alius aliam in neceſſitate.

Bartholomeus Angelus dialogo 3. per totum, & dial. 4. §. 22. & §. 276. Candelabrum de Extrema vnctione per totum, Medina de instruct. Confeſſorum

lib.

lib.1 cap.1 & cap.12. Nauarrus cap.22.nu.12. Sotus 4. dist.13. q.2. art.1 & 2. & q.1. art.4. Victoria de Sacramentis tit. de Extrema vnctio re per totum, Syluester verbo vnctio: Scrutinium Sacerdotale 2. p. tractatu 4 de modo audiendi confessiones fol.63. Diuus Thomas 4. dist. 23. q 1. art. 1. Aphorismi Confessoru tit de Extrema vnct. per totum, & tit de Sepultura, Dominicus Valtanas de Doctrina Christiana fol 45. & sequen. Summa ad missa verbo vnctio § 7. Thomas Llisius de Extrema vnctione fol. 253.

Consideratio Parrochis, circa Pueros.




ARROCHVS aduertere debet, quòd Pueri ante septennium non obligantur præceptis Ecclesiæ, nec ligantur legibus, nec censuris Ecclesiæ: & ideo si quis ante septennium occidat aliquem non manet irregularis; nec est excommunicatus, quamuis percutiat Clericum, vel quamuis ingrediatur intra Scepta Monialium, sine licentia; nec est interdictus, & ideo potest audire Missam, & officia diuina, nisi Terra sit interdicta, nam hoc in tali casu Ecclesia prohibet omnibus generaliter. Sed nota quòd si Pueri ante septennium, sint doli capaces (quod relinquitur iudicandum iudicio prudentium) tenentur ad præcepta Ecclesia obseruanda, & similiter erunt interdicti, & etiam excommunicati si percusserint Clericum, vel intrauerint Monasteria Monialiu. Nota similiter, quòd si Puer sit maior septennio, etiam doli non capax si occidat aliquem erit irregularis sed facilè in tali casu cum eo dispensabitur. Tandem decimus, quòd Puer ante septennium non peccat mortaliter, quamuis non videat Missam in diebus festiuis; vel quamuis non confiteatur semel in anno, vel quamuis manducet carnes in Quadragesimæ, vel in alijs diebus prohibitis ab Ecclesia. Deniquè Puer ante vsum rationis non est legi subiectus; & ante septennium nulla eius obligatio facta valet.

NOTA pro declaratione, quòd præceptum Confessionis, & audiendi Missam obligat statim, vt homo est capax rationis: quapropter Pueri post septennium, nam post tale tempus incipiunt habere vsum rationis, tenentur confiteri peccata sua, & similiter videre Missam sub pæna peccati venialis, & aliquando sub pœna peccati mortais, si habeant vsum rationis sufficientem: quamuis non cadant in censuras Ecclesiæ, scilicet in excommunicationem; si ab Episcopo talis excommunicatio ponatur contra non confitentès semel in anno vsque habeant duodecimum annum. Ratio est, quia Ecclesia per censuras non vult obligare ad obseruantiam istarum rerum, vsque ad duodecimum annum. Sed nota, quod masculi non tenentur communicare vsquè ad quatuordecimum annum, nec fœminæ vsquè ad duodecimum. Ratio est, quia maior vsus rationis requiritur ad communionem, quam ad confessionem; nam ad confessionem quælibet

libet discretio sufficit, quia nullum est periculum vt quis ante perfectum vsum rationis confiteatur peccata sua. Ad communionem verò requiritur discretio deuota, & reuerentialis; quæ non potest esse nisi in illo, qui habet perfectum vsum rationis; & Puer prius peruenit ad tempus, in quo possit iudicare de peccatis mortalibus, quàm ad intelligendum Sacramentum Eucharistiæ, scilicet quòd ibi sit Corpus Domini nostri Iesu Christi, quod quidem est necessarium sumentibus Eucharistiam.

Corduba q 60. & q. 6. Candelabrum de irregular. q. 41. Decis aur. lib 4. cap 6. § 8 & lib. 3. cap. 16. Caiet. verbo Communio Sacramentalis; Victoria de Sacramentis, tit. de Euchar q. 104. & de Confess q 140. Medina de instruc. Confessorum lib 1. cap 14. §. 41. & cap. 12. Barthol. Angelus dial 4. §. 26. Sotus 4. dist. 18. q. 1. art. 2. & dist. 12. q. 1. art. 12. Aphorismi Confessorum, tit. Minor, & tit. censura & tit. Puer.

Consideratio vltima Parrochis.



A De aduertir el que tiene cura de animas, quel de mecanico oficio biue alegre, y descuidado duerme a sueno sosegado mas el cura que ha de dar à Dios de tantos extrecha cuenta como el sueño le contenta para dar cuenta de vn alma se a de tener mas cuidado que de todo lo criado.

Melchior de Sancta Crux 1. par. fol. 5.



RR E-

BREVIS TRACTATVS DE PRAEDICATORIBVS.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonſum de Madrigal natural de la villa Deſcalona, Toletanæ Diœceſis, Ordinis Prædicatorum.

De Proprietatibus, & Virtutibus Praedicatoris.



RAEDICATOR debet eſſe Sacerdos, vel ſaltim Diaconus; nam quamuis ad Lectorem pertineat prædicare Vaticinia Prophetarum, & Profetias legere; ſed hoc intelligitur legendo non verò prædicando, nec exponendo cum hoc ſit Magiſtrorum in Theologia, nòn quòd ex tali ordine Diaconus habeat auctoritatem prædicandi, ſed ſolum habet habilitatem, ſi requiſita ſecum habeat ad tale munus exercendum. Denique ei ſoli, & non inferiori Ordini debet committi Prædicatio. Similiter Prædicator debet eſſe in Theologia verſatus, quia tenetur declarare ſacram Scripturam, cuius intelligẽtia eſt neceſſaria Prædicatori ad perſuadendum, conuertendum peccatores ad obſeruantiam legis Dei. Conuenit ſimiliter Prædicatori, quòd ſit doctior in doctrina, regulariter loquendo, audientibus, ne audientes ipſum contemnant; & quòd ſimiliter ſit homo magnæ pœnitentiæ, & ſanctitatis vitæ, nam tenetur omnes ad pœnitentiam, & ad bona ſpiritualia prouocare, vitia diſſipare, & imperfectiones aliorum corrigere; & per conſequens Prædicator debet carere omni macula, vitio, & imperfectione, & habere ſecũ omnes virtutes, vt poſſit alios repræhendere, & à nullo repræhendi; ideſt vt poſſit eſſe Iudex expers eorum omnium, de quibus audientes, ideſt Populum increpat, & repræhendit, & dicere, Quis ex vobis arguet me de peccato? limpio de vicio a deſer quien reprehende ſe quiere que otro ſe enmiende. Nam quo animo imperfectiones aliorum in ſuis moribus, vita, aut loquela reſecabit, qui illas habet? & qua audatia ad ieiunium pœnitentiam, macerationem

rationem carnis, & vilipendium rerum huius mundi prouocabit, qui delicatè viuit, ſplendidè manducat, honores, aut diuitias quærit? Prædicatio enim incipit à ſe ipſo, ideſt Prædicator primò tenetur prædicare ſe ipſum quàm alios, ideſt, primò tenetur ipſe facere, & obſeruare totũ illud, quod prædicat, ſi vult vt ſua Prædicatio ſit alicuius utilitatis. Prædicator conſiderare debet, quòd plus mouent animos audientiũ verba operibus coniuncta, quam ſingula. Es el Predicador Legado de Dios; Deſpertador del Pueblo; antorcha, que à los demas alumbra; fuente, donde todos han de beuer. Por tanto hà de ſer el Predicador vn hombre raro, y ſingular en virtud, pocos como el en doctrina, ſanctidad de vida, penitencia, y buenas coſtumbres.

NOTA pro declaratione, quòd ille qui pœnitentiam ſecum non facit, non debet eſſe Prædicator; nam quamuis ſit magnus Theologus, & in literis verſatus, parùm, aut nihil vtilitatis ſuæ prædicatione facit; imo melius eſſet ſi non prædicaret, niſi in tempore neceſſitatis, deficientibus ad hoc idoneis, ideſt pœnitentiam facientibus; quia Populus ſcandalizatur, & dicit quòd aliquo modo paruipendet ſuam prædicationem, & doctrinam, cùm videat quòd prædicat ieiunium pœnitentiam, & ipſe ſecum nullam facit, ſed delicatè viuit, & ſplendidè manducat; & ſimiliter cùm videat, quòd prædicat humilitatem, & ipſe eſt ſuperbus, & ambitioſus; & quòd prædicat patientiam, & circa illum Noli me tangere; & ſic de omnibus alijs rebus, quas prædicat. Secunda ratio eſt, quia S. Thomas dicit, quòd homines ſunt huius naturæ, & conditionis, quòd de facili corrumpuntur per malum exemplum Prædicatoris, & peiores fiunt. Et S. Hieronymus dicit, Doctrina Prædicatoris, quæ non conſonat vitæ ſuæ, fatuitas eſt. Et S. Ambroſius dicit, Prædicatores, qui dicunt & nõ faciunt, vè illis. Quapropter Prædicatores pœnitentiam non agentes, ideſt ea quæ dicunt & prædicãt, non obſeruantes, non debent prædicare: porque en tal caſo declaran tener mas parte de charlatanes decidores, que de Predicadores. Nota que ai algunos hombres tan ſin poca conſideration, y verguença de aquellos que los conocẽ que ſin hacer ningun genero de penitẽcia la qual es neceſſaria en el predicador pues la predica ya de prouocar todos a ella con ſu exemplo y doctrina, y ſiendo tan imperfectos, y tan ſeculares como todos los de mas en ſu hablar poco ſilentio, y poco recogimiento, y poca humildad, poca oracion, y poca deuocion, contemplacion, y ſiendo tambien deſeoſos de las riqueças, honras, prelatias, recreationes del mundo, auiendo todo eſto de menos preciar quieren predicar a de aduertir el predicador quel que predica à Chriſto nueſtro ſeñor pobre, y crucificado no a de biuir regalado ni a deſer de las coſas deſte mundo oficinado a de aduertir tambien quel que tiene el lugar de los Apoſtoles no ſe a de contentar con predicar ſu doctrina ſino los ha de imitar en ſu ſancta, y religioſa vida, penitencia, deuocion, oracion, contemplacion, y menos precio de las coſas deſte mundo, y amor de Dios, y de las coſas del Cielo, finalmente

te por no ser el Predicador el que deue no se hace el efeto que conuiene.

PRAEDICATOR aduertere debet, quòd tenetur prædicare iuxta mores, & capacitatem audientium, scilicet vtilia, & intelligibilia; non verò alta, quæ non possunt intelligi; nec superflua, quæ fastidium generent; neque ea, quæ aliquo errore vulnerent conscientias hominum.

Sanctus Thomas opusc. 61. de offitio Sacerd S. Hierónymus tomo 7. in Prouerb. cap 16. fol. 200 S. Ambros. Apocalyp. cap 2. Dominicus Valtanas de doctrin Christ. fol. 243. & de la abstinentia fol. 244 Stella de vanitate mundi 1. p. cap. 31. Medina de instruc. Confessorum in prologo. Syluester verbo Ordo 2. §. 3. & verbo Prædicatio §. 1. & verbo Diaconus, Hector Pinctor 2. p. dialog. dialogo 3. cap. 18. Eliseus de Arcanis Religionis Christianæ de Sacramento Ordinis folio 257.

De aetate Praedicatoris.

PRAEDICATIONIS munus non decet ad iuuenilem ætatem, cùm talis ætas nonnullas secum soleat habere imperfectiones, & omnibus imperfectionibus Prædicator debet esse immunis, & alienus, quandoquidem est regula perfectionis, sanctitatis, pœnitentiæ omnium aliorũ hominum. Secundò, quia cùm munus prædicandi sit proprium Episcopi, ideo tale munus, siue offitium prædicandi non conuenit nisi hominibus, non solum plenis moribus, sed etiam ætatis perfectæ, vt Prædicatio suum locum habeat, & non paruipendatur. Quapropter ille, qui in iuuentute vult prædicare, idest docere, corrigere, & ad pœnitentiam, & perfectionem vitæ alios prouocare, & vitia dissipare (nam hoc est offitium Prædicatoris, absquè eo quòd necessitas vrgeat) magis est signum ambitionis, quàm exemplum humilitatis; vel quia in tali casu magis prædicat propter aliquam cupiditatem, vel vtilitatem sui ipsius, vel propter suam oblectationem, vel ostentationem; quàm ad audientium ædificationem, vel emendationem vitæ illorum, quapropter non debet prædicare. Nota pro declaratione, quòd Sanctus Ioannes Baptista in iuuentute sua benè poterat prædicare, nam pœnitentiæ erat exemplum (quæ ante omnia est necessaria in Prædicatore, antequàm prædicet) nam ab adolescentia se contulit in desertum, & Deo erat plenius. & ipsa Sapientia diuina infusa erat in illo; tamen vsquè ad trigesimum suæ ætatis annum noluit prædicare: & Christus Dominus noster similiter in iuuentute sua poterat prædicare, quia omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei erant in illo, & tamen vsque ad trigesimum suæ ætatis annum noluit prædicare: sicut poma immatura quæ ab arboribus vento proijciuntur suauitatem secum non habent, nec stomacho prosunt quia sunt acerba; si autem sunt matura, suauia, & grata sunt, & stomacho prosunt. Ita doctrina, correctio vitiorum

tiorum, prouocatio ad castitatem, honestatem, humilitatem, pœnitentiam, & vilipendium rerum huius mundi, Prædicatoris iuuenis non sunt omnino suauia, nec grata; quia præsupponitur, quòd ipse in illa ætate non faciat, nec obseruet totum, quod prædicat; & similiter præsupponitur, quòd nō habeat requisita ad tale munus tantæ sanctitatis, pœnitentiæ, & virtutis exercendum: id est præsupponitur, quòd non habeat secum omnes virtutes, quæ necessariæ sunt in Prædicatore antequàm prædicet, vt à nullo possit repræhendi. Si autem sint à Prædicatore sene, vel ætatis perfectæ suauia, & grata sunt.

Didacus de Stella super Lucam cap.3. fol. 117. & cap.8.

Consideratio Praedicatori, circa eleemosynam Praedicatoris.

PRAEDICATOR, antequàm prædicet, non potest facere pactum, nec petere aliquid pro prædicatione, quia peccabit mortaliter peccato simoniæ. Prædicatio enim res spiritualis, & ideo non potest vendi, nec pro ea peti prætium, nec pro labore, quem patitur Prædicator in prædicando, quia est labor coniunctus rei spirituali; & ideo pro tali labore Prædicator mercedem à Deo accipiet. Sed est aduertendum primò, quòd si Prædicator teneatur prædicare tot sermones in Quadragesima, vel in anno, in tali casu poterit petere aliquid in eleemosynam scilicet in viam sustentationis, quia dignus est mercenarius mercede sua; & similiter pro labore extraordinario, quem in tali casu tenetur pati, non verò pro labore intrinseco prædicationis; & similiter pro sua libertate. Aduertendum est secundò, quòd Prædicator postquàm finierit Prædicationem non tenetur recusare illud, quod sibi in eleemosynam offertur, dicendo, Volo aliquid amplius; nec tenetur solicitare vt habeat magnam eleemosynam, quia præbet malum exemplum cupiditatis, & quia omnia ista præbent suspitionem volendi vendere verbum Dei, sed solùm debet esse contentus de sua moderata eleemosyna. Aduertendum est tertiò, quod Prædicator quando ex offitio prædicare non tenetur, non contrahit simoniacam labem, idest non peccat, quando prædicatio sua non est prorsus necessaria si non vult prædicare, nisi vbi abundanter eleemosyna sibi datur ad suam honestam sustentationem; idest, non peccat, si magis vult prædicare vbi melius sustentetur, imo culpam non committit, si non vult prædicare vbi victum non sperat.
Tandem vitandum est scandalum, præcipuè in Religiosis, quibus conuenit officium Prædicationis ex charitate exercere, sine aliqua spe alicuius rei temporalis, & ratione suæ maioris perfectionis, & boni exempli, quod

alijs Prædicatoribus non Religioſis dare tenentur, qua de cauſa quamplurimi Religioſi ſanctæ vitæ, & doctrinæ quamuis pauperes nihil habentes reperiuntur nolentes aliquam eleemoſynam; ideſt, nihil volunt recipere pro ſua prædicatione quamuis eis gratis detur in eleemoſynam, ad imitationem Beatorum Apoſtolorum, vt cùm maiori puritate, & libertate Prædicatio Euangelij exerceatur & fiat. Et Deus, qui paſſeres alit, ſolet Miniſtris ſuæ prædicationis prouidere, abſquè tali eleemoſyna prædicationis.

Medina de inſtruct. Confeſſorum lib. 1. cap. 14. §. 8. Sotus lib. 9. de iuſt. q. 6. art. 1. Ludouicus Lopez lib. 2. cap. 29. Viguerius cap. 17. Nauarr. 2. p. decreta. cap 23. num. 108. Henrriquez lib. 9. de Sacrificio Miſſæ cap. 22. §. 5.

De paupertate Prædicatoris.



AVPERTAS in Prædicatore animum valdè adhibet dicendi populo veritatem, cùm non habeat quid perdat. Multi enim erant in tempore Herodis, & tamen nullus audebat loqui cum illo niſi Ioannes ſine lectu, menſa, & domo; & ſimiliter animum adhibet prouocandi homines ad vilipendium rerum huius mundi, & ad amorem Dei cum ipſe nihil vellit nec habeat. Quantum damnum faciant diuitiæ Prædicationi, hoc experientia docet; nam paulatim Religioſi habentes redditus dimittunt Prædicationem, quæ illis debet committi, ſcilicet obſeruantibus perfectè ſuam regulam, & religionem. Primò ratione pœnitentiæ, quam ſecum faciunt. Secundò ratione ſanctitatis, & perfectionis vitæ, quam ſecum habent [redacted] hoc. Eſt aduertendum, quòd non ſolum vitæ perfectio, ſed pœnitẽtia eſt valdè neceſſaria in Prædicatore vt dictum eſt; alias omnes Theologi vellent prædicare. Tertiò, quia cùm Prædicatio Euangelij ſit doctrina, & ſcientia Dei, eius declaratio, & prædicatio conuenit præcipuè Deo dicatis, ideſt Religioſis. Et ſimiliter multi Epiſcopi, Abbates, & Sacerdotes, poſtquàm ſunt diuites, nolunt prædicare bene quidem quando erant pauperes pænitentiam agentes; & tandem ſunt ſicuti canes, qui quando ſunt ſatiati dimittunt prædam, & non ſequuntur illam; bene quidem quando ſunt famelici.

Gabriel de Toro Ord. Sancti Franciſci lib. del Teſoro de la miſericordia diuina y humana cap. 86 fol. 144.




BRE-

BREVIS TRACTATVS DE CONFESSORIBVS.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonsum de Madrigal natural de la villa Descalona, Toletanæ Diœcesis, Ordinis Prædicatorum.

De Proprietatibus, & Virtutibus Confessoris.



ONFESSOR debet esse doctus, & in sanctitate vitæ perfectus; nam pœnitentiam imponens vel paratus imponere debet esse sine peccato: & similiter debet esse humilis, nè pauperes despiciat, & illorum confessiones nolit audire: & similiter debet esse pudicus, sobrius, castus, quietus, studiosus, taciturnus, interiori, & exteriori modestia, & habitu compositus, quia debet esse speculum omnis perfectionis, & similiter debet esse ægregia prudentia insignitus in inquirendo, consulendo, pænitentiam imponendo. & similiter debet esse bonis considerationibus instructus ad instruendum Pœnitentem quem Deus obtulerit sibi instruendum; qui nouerit verbis affabilibus, & vultu benigno interrogare Pœnitentem de his quæ ipsi Confessori verisimiliter videtur, quòd Penitens obliuiscitur; vel quod omittit confiteri per verecundiá, vel quia ignorat; idest, Confessor aduertere debet quòd si parùm loquentes audiat in confessione, charitatiuè, & mitissimè illos instruere debet, & interrogare, vt veritatem reuelent, debet Confessor scrutari conscientiam peccatoris in confessione sicut Medicus vulnus, & sicut Iudex causam, multoties contingit, quòd Pænitens pro confusione, & verecundia sui ipsius, idest suorum peccatorum, vel pro verecundia ipsius Confessoris multa taceat, quæ postea à Confessore interrogatus reuelat. Et similiter Confessor debet esse affabilis, ac benignus, vt sic Pænitentem all ciat ad omnia sua peccata detegenda: nimia enim seueritas Confessoris quandoquè Confitentibus occasio est ne integrè confiteantur. Debet similiter Confessor in principio confessionis interrogare Pœnitentem, An examinauerit conscientiam

scientiam suam, ideſt an cogitauerit peccata sua; & si dixerit quòd non, ideſt si dicat, quòd nihil de peccatis cogitauit, remittat illum vt prius cogitet peccata sua, nisi timeatur de maioribus malis, videlicet quòd Pœnitens nunquam poſtea confitebitur, vel si ſequatur Pænitenti de non confitendo tunc aliquod graue damnum, vel si Pœnitens sit in periculo mortis. Confessores enim non debent mittere Pœnitentes in desperationem, sed in his casibus Pænitens eſt examinandus, & adiuuandus.

SACERDOS ignarus non debet eſſe Confessor, peccat mortaliter, in tali casu exercens tale officium, propter quamplurima damna quæ ſequuntur ex ignorantia Confessoris Pænitenti, & ipsi Confessori, nam si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt; ideſt, Confessor ignorans audiendo confessiones perdit se ipsum, & Pænitentem, de cuius anima Deus petet ab eo rationem adſtrictam. Verum eſt tamen quòd maior ſcientia requiritur in Confessore ad audiendam confessionem Mercatoris, vel alterius implicati in negotijs ſæcularibus, quàm rusticorum: Quapropter vnus Confessor poteſt eſſe idoneus, in vno loco, & non in alio. Denique hoc negotium iudicio Episcopi, vel prudentium relinquendum eſt; sed tamen aduertendum eſt quod ignorantes, in nullo loco debent eſſe Confessores; nam Iudex ignorans nũquam iudicauit benè, nisi forte fortuna, sed de hac re vide in materia de Episcopis, titulo Consideratio Episcopis, circa Confessores.

SACERDOS, quamuis sit homo doctus, & in literis verſatus, si pro alia parte sit homo leuis, vel nimis loquax (vulgo parlero, chacharron) vel si sit vino deditus, in tali casu non debet eſſe Confessor. Ratio huius veritatis eſt, quia non ſeruabit ſecretum confessionis, quod eſt maximè necessarium in Confessoribus, porque el que se encarga de cosas ſecretas, es neceſſario que tenga la boca cerrada, y hable poco. El que es chacharron y parlero dize lo ſuyo, y lo ageno, y por tanto no conuiene que ſea Cõfeſſor de ninguna manera, infinitos males se ſiguen por ſer los Confeſſores parleros, declaran muchas cosas ſecretas que dicen que an oydo en confeſſion.

SACERDOS, quamuis sit homo doctus, si pro alia parte sit imperfectus in suis moribus, vita, aut loquela, non debet eſſe Confessor. Primò, quia in tali casu magis erit aptus, & idoneus ad deſtruendum, quàm ad ædificandum. Secundò, quia Confessor omni macula, vitio, & imperfectione carere debet, quandoquidem aliorum imperfectiones corrigit, vel corrigere paratus eſt. Deniquè Confessor debet carere omni defectu, & imperfectione; quia debet eſſe iudex expers earum omnium imperfectionum, de quibus Pænitentem repræhendit, limpio de vicio a de ſer quien a de reprehender. Nam quomodo aliorum imperfectiones reſecabit, qui illas ſecum habet? ideſt quomodo ad deuotionẽ prouocabit, qui nullam ſecũ habet? Quomodo ad pœnitentiam, qui nullam ſecum

facit?

facit? Sed delicatè viuit, & splendidè manducat. Quomodo mundi, carnis, & diaboli, tentationes vincere docebit qui ab eis vincitur? Quomodo ad castitatem, & honestatem inuitabit, qui splendidè manducat? nam castitas, ieiunio, & abstinentia conseruatur; splendidè verò manducando deperditur, secundum illud sine Cerere, & Baccho friget Venus: Quomodo ad honestatem prouocabit, qui cum Mulieribus cohabitat, vel in conuersatione illarum delectatur, & gaudet. Denique huiusmodi Sacerdotes qui has proprietates, vel imperfectiones secum habent, quamuis docti, non debent esse Confessores. Sed de hac re vide clarius in materia de Clericis, titulo Alia Consideratio obseruantibus castitatem.

SACERDOS, quamuis sit homo doctus, si sit iuuenis, vel quamuis sit senex, si sit (verbigratia) sanguineus, idest si sit procliuis vel inclinatus ad libidinem, non debet esse Confessor, præcipuè Mulierum, ratio est ne fortè, dum fœminas fragiles audit, victus carnis tentatione, eas solicitet; & dum aliorum pedes lauat ipse fœdetur. Nota pro declaratione, quòd ille qui est procliuis ad libidinem, vel est deuotus Mulierum, in tali casu maiorem causam habet ducendi vxorem, quàm esse Sacerdos ratio est; nam Sacerdos ratione Ordinis sacri debet seruare castitatem, & ad eam omnes alios prouocare, idest debet esse à re vxoria valde alienus. Sed de hac re vide clarius in materia de Clericis, tit. Alia consideratio obseruantibus castitatem.

SACERDOS, qui non dat operam literis, vel si sit otiositatis amicus, non debet esse Confessor, quia vt dicit S. Thomas opusc. 65. de cautela in confessione habenda; Sicut Medicus, in arte sua peritus, reuoluit semper libros, quibus docetur curare corpora mortalia, multo magis Confessor tenetur reuoluere libros, quibus docetur curare Animas in æternum victuras, quandoquidem maius est vnius Animæ detrimentum, quàm innumerabilium corporum interitus; & quia talis Sacerdos scilicet otiositatis amicus, non prouocauit Pænitentes ad castitatem ad quam debet, nec ad alias virtutes, cùm otiositas sit mater omnium vitiorum præcipuè luxuriæ & materua virtutum. Sed de hac re vide in materia de Sacerdotibus, tit. à quibus Sacerdos tenetur se abstinere.

NOTA pro prædictorum declaratione, quod si omnes istæ proprietates, & virtutes, quæ rarò simul in vno inueniuntur, non essent necessariæ in Confessore, omnes Sacerdotes iuuenes, vel senes, virtuosi, vel defectuosi, ignorantes, vel intelligentes vellent esse Confessores; & in tali casu Confessores paruipenderentur; idest non in ea reuerentia, & honore haberentur apud Seculares, sicuti oportet, es de aduertir que quando los Penitentes tienen en poco à los Confessores por no tener la autoridad, y perfection necessaria, ay mucho trabajo, por que en tal caso no obseruan sus documentos, ni se enmiendan de sus defe-

ctos

ctos, por tanto el Confessor ha de mirar muy bien à donde pone el piè come habla, y biue por que deno se el que deue se seguen muchos daños.

CONFESSOR aduertere debet, quòd debet exercere suum officium cum reuerentia, & timore sancto; considerans, quòd habet vicem Dei in Terra, & tanquam si esset in sua præsentia. Et similiter Confessor procurare debet quantum fuerit possibile non cognosci à Pœnitentibus, præcipuè à Mulieribus, quarum confessiones audit, vt melius ipsæ possint manifestare, & declarare illi sua peccata. Et quando Confessor confessionem alicuius Mulieris audierit, faciat eam è transuerso stare, ne ipsius faciem videat, aut eam aspiciat; nam facies Mulieris est quasi ventus vrens quæ quamuis non te necessitet ad libidinem, tamen mouet mentem ad illam. Sed de hac re vide clarius in materia de Clericis, tit. Consideratio obseruantibus castitatem.

Sotus 4. dist. 18 q. 4. art. 3. Med de instr. Confessorum, lib. 2. per totum: Ludouicus Lopez lib. 1. cap. 27. Nauarrus cap. 4. num. 10. Manuel Rodriquez de explanatione Bullæ cruciatæ fol. 176. Decis. aureæ lib. 1. cap. 25. §. 14. Syluester verbo Confessor 3. §. 18. Philippus Diaz in sermonibus Quadrag. 4. p. fol. 212. Victoria de Sacramentis tit. de Confessione q. 174. Aphorismi Confessorum tit. Confessor fol. 80.

Consideratio Sacerdoti Grammatico, circa audiendas Confessiones.



SED dicet aliquis; An Sacerdos, qui, secundum quid intelligit Grammaticam, solum legit libros in vulgari sermone scriptos de casibus conscientiæ, possit tuta conscientia in tali casu audire confessiones omnium ad se viuentium? Respondetur, multos esse dicentes, quod non; quia tales libri sunt nimis breues, aut prolixi, vel confusi.

SECVNDA ratio est; quia ille, qui secundum quid intelligit Grammaticam, non est dignus, vt sit Sacerdos, quantò magis vt sit Confessor. Prima ratio huius veritatis est; quia S. Concilium sess. 23. cap. 11. dicit, Minores Ordines saltim his, qui linguam latinam intelligant, conferantur. Quapropter ad hoc vt quis sit Sacerdos vltra linguam latinam aliquam Scripturæ cognitionem habere debet, quæ sufficiat vt intelligat mysteria, quæ tractat. Indignum namq; est Sacerdotis vt altissima tractet mysteria, & ipse ignarus existat. Secunda ratio est, quia Sacerdos dicitur quasi sacra dans: quapropter ad hoc, quòd quis sit Sacerdos vltra Grammaticæ intelligentiam

tiam debet scire quot, & quæ sunt Sacramenta, & in quibus consistant. Tertia ratio est; quia Ordines Sacri inter alia officia ad alios docendos, & illuminandos sunt instituti; quapropter in rebus fidei seculares ad Sacerdotes tenentur concurrere, & per consequens ad hoc, quòd quis sit Sacerdos, vltra Grammaticæ intelligentiam, debet habere cognitionem mysteriorum fidei. Quarta ratio est, quia dignitas Sacerdotalis quodammodo paruipenditur, quando confertur solum Grammaticis, cùm Grammatica paruo labore assequatur; in nostris quidem temporibus Pueri, & paruuli sciunt Grammaticam: quapropter Grammaticam solum scientibus non est concedenda Sacerdotalis dignitas, nec potestas confitendi, ne huiusmodi dignitates veniant in paruipendium apud seculares. Los que no saben mas de Grammatica, no hauian de querer ser Confessores, ni tan poco Sacerdotes, atrueque de que estas dos cosas no vengan à tenerse en poco: no consideran, que los seculares à los que no saben sino Grammatica aunque se an Confessores los llaman ignorantes, y los tienen en poco por su poco saber, por tanto el Confessor, y tambien el Sacerdote hà de ser docto, porque no vengan à tenerle en poco.

TERTIA ratio, propter quam Grammaticus nó debet esse Confessor, quia si libri in vulgari sermone scripti de casibus conscientiæ, sufficerent ad confessiones audiendas sequeretur primò, quòd omnes Sacerdotes, etiam Grammaticam ignorantes, vellent esse Confessores, & in tali casu Confessores paruipenderentur; sicuti paruipenduntur in Terris, vbi sunt Grammatici, vulgus solùm Grammaticam scientes solet vocare ignorantes. Secundò sequeretur, quòd Sacerdos ad hoc vt sit Confessor, id est doctior & prudentior omnibus alijs, non esset necessarium exire à patria sua, & conferre se ad Ciuitates, id est ad loca vbi sunt literarum studia, & in illis consumere tempus iuuentutis suæ, & Patrimonia sua nauando operam literis, scilicet Theologiæ, aut Iuri Canonico, quod non est dicendum; id est si libri in vulgari sermone scripti de casibus conscientiæ sufficerent ad confessiones audiendas, nullus Sacerdos ad hoc quòd sit Confessor vellet exire à Patria sua studendi causa; nam vnusquisque delectatur permanere in patria sua, & non laborare: Quapropter Grammaticam solùm scientes, non debent velle esse Confessores.

QVARTA ratio est, quia experientia constat, quòd Confessores libros solùm in vulgari sermone scriptos de casibus conscientiæ legentes, nullã difficultatem ponunt in audiendis confessionibus omnium ad se venientium, nec in examinandis, & declarandis conscientiæ casibus, neq; in restitutionibus, & pœnitentijs imponendis; quia existimant omnia necessaria scire ad omnia dubia resoluenda; nam qui parùm scit, omnia existimat scire; & parum aut nihil dubitat; & ideo non debent esse Confessores: è contrario verò quantò quis doctior est, tantò magis suam ignorantiam cognoscit, cùm intelligat multa illi remanere, quæ intellectu sunt difficilima.

QVINTA. ratio est, quia Sacerdos Grammaticus, legens solùm libros in vulgari sermone scriptos de casibus conscientiæ, cùm non sit in Doctoribus scholasticis versatus, nec illos intelligat videtur, quòd non sit idoneus ad confessiones Sapientium huius mundi audiendas; non enim habet audatiam corrigendi errores, & subtilitates eorum, confunditur minima illorum ratione; & quia sine doctrina Scholastica, secundum opinionem aliquorum non potest Grammaticus secundum quid intelligere vndequaq;, idest perfectè libros in vulgari sermone scriptos de casibus conscientiæ; ideo Sacerdos Grammaticus his, & alijs multis rationibus non potest secundum iudicium multorum audire confessiones omnium ad se venientium sine aliqua exceptione, quæ arbitrio Episcopi, vel prudentium considerata eius intelligentia, est illi maior, vel minor imponenda; tutius tamen esset si non haberet licentiam confitendi, nisi deficientibus doctis ad hoc idoneis. Sicut (verbigratia) nulli datur licentia curandi ægrorum infirmitates, quamuis multos libros in vulgari sermone scriptos habeat de morborum curatione, absquè primò in Doctoribus Scholasticis Medicinæ sit versatus; aliàs omnes Barbitonsores, & similiter omnes Mulieres scientes legere tales libros, vellent esse Medici; & in tali casu veri Medici paruipenderentur, & similiter ipsa medicina paruipenderetur.

HIS non obstantibus, dicendum est, quòd quamuis dignitas Confessoris, idest potestas confitendi quodammodo veniat in paruipendium apud omnes homines quando solùm Grammaticis confertur. y por esta sola causa no hauian los Perlados de las religiones y obispos de consentir que los Sacerdotes que no saben mas que Grammatica fuessen Confessores; tamen iudicio Episcopi, vel Sapientium relinquitur iudicandum, An Sacerdotes Grammatici, id solùm libros in vulgari sermone scriptos de casibus conscientiæ legentes sint sufficientes, vel non, ad audiendas omnium hominum confessionem, quando el obispo a los que no saben mas de Grammaticas los ordena de Sacerdotes, y los da licencia de confessar muchos se hacen poltrones holgaçanes no quieren estudiar Thologia, ni Canones.



Conf-

Consideratio Confessori, circa interrogationes faciendas in confessione.

CONFESSOR in interrogationibus faciendis in confessione debet multa considerare. Primò, quòd peccator solùm interrogetur de peccatis, quæ communia, & manifesta sunt omnibus; idest de peccatis, quæ consueuerunt in hominibus illius conditionis abundare; non quærat noua peccata, ne Pœnitentem doceat peccare; vel ne Pœnitens scandalizetur simili interrogatione: Secundò Confessor in peccatis carnalibus non descendat nimis ad particulares illorum circunstantias, quia huiusmodi delectabilia, quantò magis in spetiali considerantur, tantò magis concupiscentiam nata sunt mouere; imo potest contingere, quòd Confessor sibi, & Pœnitenti noceat, & ne peccator addiscat peccare. Quapropter, quando de pollutione voluntaria, vel de fornicatione tractatur, aut de sodomia, Confessor non quærat de modo; & quando Mulier confitetur secum peccasse, vel cognitam fuisse ab aliquo extra vas naturale, sufficit; idest, non est amplius interroganda, nec quærendum quomodo, aut qua parte corporis; satis est dicere quoties commisit tale peccatum: & quando quis fornicatus est, non opus est dicere particulares circunstantias, scilicet oscula, & tactus, quæ solent præuenire ante huiusmodi actum sed solum sufficit dicere, quoties fornicatus est; sicut (verbi gratia) quando quis occidit aliquem, non opus est dicere quot præparauit arma, scilicet ensem, quia istæ circunstantiæ in ipso actu præsupponuntur, & intelliguntur.

CONFESSOR aduertere debet secundò, quòd quando quis confitetur se fornicasse, vel quod habuit tale desiderium, satis est dicere vniuersaliter cum vidua, idest soluta, vel nupta, vel virgine, vel cum Deo dicata voto solemni, aut simplici castitatis; nullo modo tenetur dicere cum Francisca, aut Ioanna in particulari. Si autem Pœnitens illam nominet, Confessor tenetur occurrere ei, dicens, quòd nullo modo eam nominet, & tenetur habere illam sub sigillo confessionis: & similiter Pænitens in tali casu tenetur cõfiteri suum statum, si à Confessore non cognoscatur, dicendo, quòd est liber, vel vxoratus, vel quòd habet votum solemne, aut simplex castitatis, ita & eodem modo mulier, quando (verbigratia) fornicatur, vel habuit tale desiderium, tenetur quando confitetur tale peccatum dicere vniuersaliter cum homine libero quia erit simplex fornicatio: si verò cũ homine virgine sm̃ aliquos non tenetur confiteri illã circunstantiã virginitatis, satis est dicere cũ hõie libero solũ, quia virginitas in hõie nõ facit circunstantiã necessariò confitendã sicuti in muliere, vel cũ habẽte vxorẽ, quia erit adulteriũ, vel cũ Sacerdote, vel Religioso professo, vel habente simplex votum castitatis, qa erit sacrilegiũ: nullo verò modo tenetur cõfiteri in particulari

cum Petro, aut Francisco; & similiter ipsa tenetur confiteri suum statum, si à Confessore non cognoscatur, dicendo, quòd est soluta, vel quòd est virgo, aut nupta, vel Religiosa professa, vel quòd habet votum simplex castitatis. Quòd si (verbigratia) Religiosus professus, vel Sacerdos, vel habens votum solemne castitatis, vt est Subdiaconus, & Diaconus, vel habés votum simplex castitatis fornicetur, vel habeat tale desiderium cum Religiosa professa vel cum Muliere habente simplex votum castitatis, in tali casu erit aggrauatum sacrilegium: Si autem coniugatus cum coniugata erit aggrauatum adulterium. Nota que el peccado interior y esterior son de vna mesma specie como el deseo de peccar con vna casada es adulterio asi lo ès el peccar actualmente con ella.

NOTA pro declaratione, quod quando quis cofintetur se fornicasse, vel secum habuisse tale desiderium, vel pollutionem voluntariam, si Confessor non cognoscit statum Pœnitentis, tenetur eum interrogare de suo statu, videlicet an sit liber, vxoratus, an sit in sacris constitutus, vel an habeat votum solemne, aut simplex castitatis factum: & similiter quando Mulier confitetur se fornicasse, vel secum habuisse aliquam immunditiam à se procuratam, vel desiderium fornicandi, interroganda est si à Confessore non cognoscatur eius status, scilicet, an sit virgo, nupta, libera, vel an habeat votum factum solemne, aut simplex castitatis; nam peccata interiora cordis sunt eiusdem speciei cum peccatis exterioribus non differunt nisi secundum magis, & minus. Quapropter si Mulier quando confitetur se fornicasse actualiter, interroganda est an sit virgo; similiter interroganda est, an sit virgo, quando confitetur habuisse mentalem fornicationem; idest quando confitetur quòd habuit desiderium fornicandi, aut habendi aliquam immunditiam à se procuratam idest secum. Sed nota, quòd si Confessor sciat talem Mulierem esse virginem, vel corruptam, vel liberá, vel nuptam, in tali casu non est interroganda an sit virgo, corrupta, libera, vel nupta: idest Confessor in tali casu nihil tenetur interrogare de his circumstantijs: Si autem sit in dubio, tenetur interrogare. Sicut (verbigratia) quando Sacerdos confitetur se habuisse rem cum Meretrice, non est necessarium vt confiteatur quòd sit Sacerdos, si Cõfessor cognoscit illum esse Sacerdotem; & similiter vxorata mulier quando confitetur se commisisse adulterium, vel secum habuisse aliquam immunditiam à se procuratam, vel desiderium adulterandi, non est interroganda an habeat Maritum, si Confessor est certus de suo statu: Si autem sit in dubio, in tali casu tenetur interrogare an sit libera, vel an habeat Maritum. Nota esse probabile, quod quando fœmina confitetur habuisse mentale desiderium fornicandi, non est interroganda, an sit virgo.

CONFESSOR aduertere debet tertiò, quòd quando quis confitetur, quòd habuit tactus impudicos, vel desiderium fornicandi cum consanguinea sua intra quartum gradum, tenetur in confessione dicere non solum cum libera, virgine, vel nupta, sed etiam cum consanguinea sua, scilicet in primò,

primò, vel in secundò, vel in tertiò, vel in quartò gradu ratio est; quia talis gradus mutat speciem: nam maius peccatum est habere rem cum consanguinea sua in tertio gradu, quàm cum consanguinea sua in quarto gradu; & tale peccatum dicitur incestus. Si autem habeat rem cum consanguinea sua in quinto gradu, in tali casu non tenetur confiteri talem circunstantiam consanguinitatis; sed satis est dicere, quòd fornicatus est, vel quòd habuit tactus impudicos, vel desiderium fornicandi cum libera, nupta, vel virgine. Idem dicendum est de Muliere si fornicetur; vel habeat tactus impudicos; vel desiderium fornicandi cum consanguineo suo intra quartum gradum.

NOTA primò pro declaratione, quòd quando quis commisit incestũ, idest quando quis habuit rem cum consanguinea sua in primò, vel in secundò gradu, scilicet cum sua Matre, Sorore, aut Filia, tenetur in tali casu secundum omnes Doctores quærere Confessorem, qui non cognoscat illos in eadem Ciuitate, vel in alia, aut debet vti aliqua industria, vel cautela mutando habitum, vocem, vel patriam, quia ista non oportet manifestari Confessori, & ibi confiteri quod habuit rem cum sua matre, sorore, aut filia quod si verò non inueniat Confessorem qui non cognoscat illos, in tali casu variant Doctores multi dicunt quod tunc quando confitetur tenetur tacere illam circunstantiam matris, sororis, aut filiæ, quia infamaret illas quod esset maximum peccatum confitendo solum quod habuit rem cum vidua, libera, vel virgine vsque inueniat Confessorem qui non cognoscat illas cui poterit postea confiteri illam circunstantiam matris, sororis, vel filiæ, alij verò dicunt quod tenetur confiteri talem circunstantiã matris, sororis, vel filiæ cum honestate, & sui ipsius rubore, quia per confessionem sacramentalem nullus circa se ipsum infamatur nec aliquid perdit aliàs præceptum de confitendo integrè cum debitis suis circunstantijs nõ esset bonum quod non est dicendum, secundò quia homo magis tenetur ad securitatem suæ conscientiæ confitendo integrè cum debitis suis circunstantijs quam ad obseruantiam famæ alienæ, tertiò quia illud quod in confessione sacramentali scitur, nescitur his tamen non obstantibus dicendum est, salua semper quæ iustior fuerit sententia, quod si Confessor qui cognoscit illos non sit bonæ famæ, & sanctitatis vel si sit periculum detectionis confessionis aut infamiæ, vel scandali, in tali casu pænitens non tenetur confiteri talem circunstantiam matris, sororis, aut filiæ, sed solum quod habuit rem cum vidua, virgine, vel libera, intendens postea habita oportunitate confiteri talem circunstantiam matris, sororis, aut filiæ cum inueniat Confessorem qui non cognoscat illos, si autem Confessor qui cognoscit illos sit bonæ famæ, & nullum sit periculum scandali aut infamiæ, in tali casu tenetur confiteri talem circunstantiam matris, sororis, aut filiæ. Nota vnum particulare circa cõfessionem, quòd quamuis verum sit, quòd per confessionem sacramentalem nullus infametur, aut aliquid perdat; tamen benè potest Sacerdos in electione Prælati, videlicet, quando eius ele

ctio fit per vota secreta negare votũ illi; quem per confessionẽ Sacramentalẽ sibi factã scit esse defectuosũ, vel indignũ, & nõ alio modo; imo potest resistere eius electioni, si non sit periculũ prædictæ cõfessionis reuelatione.

NOTA secundò pro declaratione eorum, quæ dicta sunt, quòd quãuis multi dicunt, & sit verè res probabilis, quòd qũ quis habuit rem, vel tactũ impudicum cũ Matre, sorore, vel filia, sufficit confiteri, dicendo, quod habuit rem cum consanguinea sua in primò, vel in secundò gradu consanguinitatis, non nominando matrem, aut filiam, vel sororem; tamen probabilius est, quod tenetur confiteri, quòd habuit rem cum matre, sorore, vel filia; & similiter mater tenetur confiteri, quòd habuit rem cum suo filio naturali, aut filiastro. Illæ verò, qui peccauit carnaliter cum cognata sua, id est cum sorore vxoris suæ, in tali casu sufficit dicere, quòd habuit rem cũ consanguinea sua in primò gradu affinitatis, quia tale peccatum non habet tantam deformitatem, quantam habet habere rem cum consanguinea sua in primo gradu consanguinitatis, scilicet cum sua matre, filia, vel sorore. Et similiter dicendum est, quòd quando quis habuit rem cum sua sorore consobrina, id est cum sua prima hermana, satis est confiteri, quòd habuit rem cum consanguinea sua in secundò gradu consanguinitatis, quia tale peccatum non aggrauat tantùm sicut est habere rem cum consanguinea sua in primo gradu cõsanguinitatis. Aduerte similiter, quòd quamuis multi dicunt, quòd quando quis habuit rem cum matre, & filia, sufficit confiteri, quòd peccauit cum duabus mulieribus consanguineis inter se in primò gradu consanguinitatis; tamen probabilius est, quòd tenetur dicere, quòd habuit rem cum matre, & filia. Idem dicendum est de Muliere, quæ peccauit cum patre, & filio, tenetur in confessione confiteri quòd habuit rem cum patre, & filio. Sed de hac re vide clarius in materia de Pænitentibus, tit. Consideratio Pœnitenti, circa integritatem confessionis.

CONFESSOR aduertere debet quartò, quòd quando maritus post consumatũ matrimonium habuit copulam carnalem cum consanguinea vxoris suæ intra quartum gradum, tenetur confiteri in confessione illã circunstantiã affinitatis, id est non solũ tenetur confiteri, quòd habuit rẽ cum soluta, aut nupta, aut virgine; sed ẽt cum consanguinea vxoris suæ intra quartũ gradum: si autẽ habuerit copulã carnalem cum cõsanguinea vxoris suæ in alijs gradibus, in tali casu non tenetur confiteri talem circunstantiã affinitatis, sed sufficit confiteri solũ quòd habuit rem cum virgine, vel soluta, aut nupta. Et similiter aduertendũ est, quòd quando maritus habuit rem cum consanguinea vxoris suæ intra quartum gradũ, in tali casu non poterit petere debitum à sua vxore sine peccato ante dispẽsationem Episcopi in pænam sui peccati commissi, & si petat, peccat mortaliter, nisi ignorantia talis prohibitionis Ecclesiæ excuset eum. Et similiter Mulier si hoc sciat, non tenetur ei reddere debitum, si non vult; & talis dispensatio ad debitum petendũ sine peccato petenda est occultè ne eius mulier hoc intelligat, ipsæ verò reddere debitum tenetur suæ vxori petenti implicitè vel explicitè,

quia

quia vxor non tenetur puniri pro peccato viri. Nota pro maiori declaratione, quòd si talis maritus ignorabat talẽ mulierẽ cum qua habuit rem esse consanguineam vxoris suæ intra quartũ gradũ, in tali casu poterit petere debitũ à sua vxore sine dispensatione, vt inferius magis declarabitur ratio est, nã propter talem ignorantiã non fuit peccatũ incestus sed fornicationis, & pœnæ sunt restringẽdæ, & ideo si Episcopus excõmunicet incestuosos iste non erit excõmunicatus sicut ille qui percutit Clericũ existimans percutere laicũ non est excõmunicatus. Nota secundò, quòd similiter talis maritus poterit petere debitũ sine dispensatione à sua vxore, si solum habuit cũ consanguinea illius intra quartũ gradũ tactus impudicos, vel actũ sodomiticũ, vel si semen nõ intrauit intra vas, quia in tali casu non contrahitur affinitas cũ illa. Idẽ dicendũ est de muliere si concubuit cũ consanguineo mariti sui intra quartũ gradũ. Nota tertiò, quòd multi dicunt, quòd si maritus, post consumatũ matrimoniũ habuit copulã carnalem cum consanguinea vxoris suæ in tertiò vel in quartò gradu, quòd in tali casu benè poterit petere debitũ à sua vxore absquè Episcopi dispensatione. Et quod hoc colligitur ex mente Concilij, tamen salua semper quæ iustior fuit sententia. Verius videtur contrarium, scilicet quòd non poterit petere debitum; quia Concilium de affinitate veniente ex copula carnali licita scilicet ex verò matrimonio nihil loquitur. Et similiter verius videtur quòd Maritus post consumatum matrimonium cum sua vxore, ipsa mortua non poterit contrahere matrimonium cum consanguinea vxoris suæ mortuæ intra quartum gradũ, sine dispensatione Papæ, bene quidem parentes mariti quia cum illis nulla contrahitur affinitas, & si de facto tale matrimonium propter ignorantiam fiat erit nullum, & debent separari quantum ad torũ siue dormitionem vsque dispensatio Papæ veniat, quamuis multi dicunt, quod post S. Concilium maritus mortua sua vxore benè poterit cõtrahere matrimoniũ sine dispensatione cũ cõsanguinea vxoris suæ in tertiò, vel in quartò gradu. Ratio est, quia Cõciliũ, vt dictũ est supra de hac affinitate, veniẽte ex copula carnali licita, scilicet ex vero matrimonio, nihil loquitur.

NOTA pro maiori declaratione eorũ, quæ dicta sunt, quòd maritus benè poterit petere debitũ à sua vxore, scilicet sine dispensatione Epi, si habuit copulã carnalẽ cũ aliqua consanguinea sui ipsius, licet grauius peccet, q̃ habendo copulã carnalem cũ consanguinea vxoris suæ, vel habendo copulam cum quacunque alia. Deniquè adulterans, siue sit publicus, siue secretus, licet non possit petere debitum à sua vxore tanquam de iure debitum, quia adulterando ius petendi debitum perdidit, siue tale adulterium sit publicum, siue secretum, siue alter coniux sciat, siue nesciat, sed tamen potest petere debitum, non tanquam de iure sibi debitum, sed tanquam rem sibi licitam, quia non dissoluitur Matrimonium per adulterium, sed eius vinculum durat, non obstante adulterio. Denique quamuis Maritus adulterans perdit ius petendi debitum vxori, tamen non perdit ius rogandi illam humiliter, vt concedat si ipsa voluerit.

Sed

Sed nota, quòd mulier innocens potest illi denegare debitum si voluerit; nam frangenti fidem, fides frangatur eidem; sed benè faciet Mulier concedendo. Sed est aduertendum, quòd si Mulier postea adulterauit etiam occultè, in tali casu, tenetur reddere debitum Marito petenti, quia in tali casu iam facta est recompensatio, nam paria delicta mutua compensatione tolluntur; aliàs idest si in tali casu Mulier noluerit reddere debitum Marito suo petenti, non debet à suo Confessori absolui; nam sicut alter coniugum perdit ius petendi debitum per suum adulterium ab ipso commissum, ipso iure tale ius recuperat per adulterium commissum ab altero coniuge. Nota similiter, quòd Mulier non tenetur negare debitum Marito suo habenti tactus impudicos cum quacumq; alia Muliere à se ipsa, vel si semen nō intrauit intra vas naturale, nam hoc nō est fornicatio, nec adulteriū, nisi quando semen intrauit intra vas naturale: & similiter Maritus non tenetur negare debitum vxori petenti, quando ipsa per violentiam adulterium commisit; nam vbi non est peccatum, pœna esse non debet; vel quandò quis sub spetie Mariti cognouit illam; vel quandò Maritus tradidit illam adultero pro pecunia, vel si magnam occasionem peccandi dedit illi.

CONFESSOR aduertere debet quintò, quòd quando quis confitetur se fornicasse (verbigratia) cum Meretrice, vel cum Ioanna, si antea fornicatus fuerit cum consanguinea eius intra quartum gradum, in tali casu non solum tenetur confiteri quòd fornicatus est cum Meretrice, idest cum libera vel nupta, sed etiam tenetur confiteri illam circunstantiam affinitatis; dicendo, quòd antea cognouerat consanguineam illius intra quartū gradū quamuis nonnulli dicunt quòd solùm tenetur confiteri talem circunstantiam quando habuit rem cum consanguinea meretricis in primò, vel in secundò gradu tantum; Nam hoc est aduertendum, quòd affinitas non solū contrahitur ex cohitu licito scilicet ex vero matrimonio, sed etiam ex fornicario. Secundò est aduertendum, quòd talis affinitas scilicet ex fornicario concubitū proueniens, ante Concilium Tridentinum, impediebat Matrimonium contrahendum vsque ad quartum gradum, & si de facto fiebat ante dispensationem Papæ erat nullum; modo verò post S. Concilium non impedit Matrimonium contrahendum, nec dirimit contractum, nisi vsque ad secundum gradum. Quapropter post S. Concilium, si Petrus (verbigratia) fornicetur cum Ioanna, poterit postea contrahere matrimoniū cum consanguinea illius in tertiò, vel in quartò gradu sine dispensatione, & sine peccato, non verò cum consanguinea Ioannæ in primo, vel in secundò gradu sine dispensatione Papæ, & si de facto fiat erit nullum. Hoc esse verum probatur ex S. Concilio Tridentino sess. 24. cap. 4. de reformatione; & in Motuproprio Pij Papæ Quinti super hoc edicto, vt patet ex Nauar. cap. 22. num. 43.

Nota pro declaratione, quod si (verbigratia) Petrus habeat rem cū Ioanna, idest intra claustra pudoris illius intrat, & frangat eius virginitatē, id est illam tollat; Si verò intus non seminauerit, in tali casu Petrus nullam con-

contrahit affinitatem cum illa, quæ impediat Matrimonium contrahendũ, aut dirimat contractum cum consanguinea illius in primò, vel in secundò gradu; idest in tali casu Petrus sine aliqua dispensatione poterit contrahere matrimonium cum consanguinea Ioannæ in primò, vel in secundò gradu. Sed est aduertendum, quòd si Petrus non intret intra claustra pudoris Ioannæ, si tamen seminauerit intus, idest si semen illius intus intrat, etiam manente virginitate Ioannæ, in tali casu Petrus contrahit affinitatẽ cum Ioanna, quæ affinitas vt dictum est post S. Concilium non pertransit, nisi solum vsquè ad secundum gradum; & ideo duo fratres possunt contrahere Matrimonium cum duabus Sororibus; & Pater & Filius cum Matre, & Filia; & Maritus mortua sua vxore poterit contrahere Matrimoniũ cum relicta muliere fratris suæ vxoris, & filia vxoris suæ ex alio Marito poterit nubere cum filio sui Mariti ex alia vxore: Denique filius Patris ex alia vxore potest ducere filiam vxoris eius ex altero viro.

CONFESSOR aduertere debet sextò, quod quando quis post sponsalia de futuro (verbigratia) cum Ioanna, si postea antequam Matrimoniũ celebretur & fiat, fornicetur cum consanguinea illius in primò gradu tenetur in confessione confiteri illam circumstantiam, dicendo quòd habuit rem cũ consanguinea suæ sponsæ in primò gradu; non verò si fornicetur cum consanguinea suæ sponsæ in aliis gradibus: & similiter in tali casu non poterit postea contrahere Matrimonium cum sua Sponsa sine dispensatione Papæ, propter affinitatem, quam de nouo contraxit cum illa habendo rem cum consanguinea illius in primò gradu. Similiter non poterit contrahere matrimonium cum illa cum qua fornicatus est propter impedimentum publicæ honestatis, quod contrahitur, & oritur ex sponsalibus validis, Quod quidem impedimentum impedit matrimonium contrahendum solum in primò gradu, post S. Concilium, quamuis antea impediebat Matrimonium contrahendum vsque ad quartum gradum. Sed est aduertendum, quòd si sponsalia, quacumq; de causa valida non fuerint S. Concilium tale impedimentũ, quod ex sponsalibus oriri solet, in tali casu prorsus tollit (verbigratia) Petrus contraxit sponsalia de futuro cum Ioanna, si talia sponsalia fuerunt valida, & vera, si tamen postea matrimonium non fiat, quia (verbigratia) Ioanna mortua est, vel ingressa est religionem, in tali casu Petrus non poterit postea contrahere matrimonium cum consanguinea suæ sponsæ in primo gradu sine dispensatione Papæ, & si de facto fiat, erit nullum; benè tamen poterit contrahere matrimonium cum consanguineis suæ sponsæ in secundo, & in tertio gradu. Si verò talia sponsalia non fuerunt valida, nec vera quacumq; de causa, vel quia non conuenerunt in dotem, in tali casu Petrus mortua sua sponsa poterit contrahere matrimonium, sine dispensatione, cum consanguinea suæ sponsæ in primò gradu, idest poterit contrahere matrimonium cum cõsanguinea suæ sponsæ in quocumq; gradu, post Sanctum Concilium.

CONFESSOR aduertere debet septimò, quod quando quis fornicatus est cum sua Commatre per Baptismum, vel confirmationem, tenetur in confessione declarare illam circumstantiam, dicendo, quòd habuit rem cum sua Commatre. Et similiter Mulier si fornicetur cum suo Compatre per Baptismum, vel Confirmationem, tenetur in Confessione confiteri illam circumstantiam, scilicet, dicendo quod habuit rem cum suo Compatre, & tale peccatum dicitur incestus, quia fit cum cognatis spiritualibus. Ratio est, quia cognatio spiritualis, quæ quidem contrahitur per Baptismũ vel Confirmationem, est necessario in confessione confitenda. Sed nota, quòd talis cognatio spiritualis post Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 2. solum contrahitur inter Patrinos, & Baptizatum, & Patres Baptizati. Secundò inter Baptizantem, & Baptizatum, & Patres Baptizati, non verò inter alios. Eadem cognatio spiritualis contrahitur ex Confirmatione inter easdem personas: quapropter maritus, & mulier possunt tenere Puerũ ad Baptismum, vel Confirmationem post S. Concilium quia inter eos nulla contrahitur, nec oritur cognatio spiritualis, ratione cuius impediatur quis illorum à petitione debiti. Sed nota, quòd si Maritus sit Patrinus filij sui, quando baptizatur vel confirmatur, in tali casu peccat mortaliter; & similiter non poterit petere debitum à sua vxore sine dispensatione Episcopi; tamen reddere tenetur vxori petenti implicitè, vel explicitè. Sed nota, quòd si maritus hoc non malitiosè faciat, sed ignorantia scilicet per errorem; vel si hoc faciat in necessitate, quia nullus aderat qui posset esse Patrinus, in tali casu, nullum erit peccatum, imo est laudandus, & poterit petere debitum ab vxore sua sine dispensatione. Idem dicendum est de vxore si sit Patrinus filij sui quando in simili casu baptizatur, vel confirmatur. Est tamen aduertendum pro declaratione, quod si aliquis homo teneat ad Baptismum, vel Confirmationem aliquam Puellam, in tali casu non poterit contrahere matrimonium cum illa, nec cum matre puellæ, sine dispensatione. Et similiter mulier si teneat ad Baptismum, vel Confirmationem Puerum, non poterit contrahere matrimonium cum illo, nec cum Patre illius, quia peccabit mortaliter. Et si de facto tale matrimoniũ fiat sine dispensatione, erit nullum, benè tamen poterit contrahere matrimonium cum omnibus alijs consanguineis ipsius Pueri in quocumq; gradu post S. Concilium. Nota, quòd Religioso prohibitum est suscipere, vel tenere in Baptismo, tamen si suscipiat, vel teneat, contrahit spiritualẽ affinitatem. Nota secundò, quòd in Baptismo dato in necessitate contrahitur dicta cognatio; non verò in Baptismo solemni postea Baptizati, nam baptizato oculte in necessitate adhibendæ postea sunt in Ecclesia que defuerunt.

SED dicet aliquis, An si Pater baptizet filium suum ex fornicatione susceptum, in necessitate; scilicet in tempore mortis, possit in tali casu contrahere matrimonium sine dispensatione cum matre illius? Respondetur, quòd non, quia per Baptismum contrahitur inter illos cognatio spiritualis,

quæ

quæ impedit matrimonium contrahendum, vt dictum est, & si de facto fiat erit nullum. Sed nota, quòd talis cognatio non dirimit matrimonium iam contractum. Nota secundò, quòd cum non baptizato non contrahitur cognatio spiritualis in baptismo, & si id quidam affirmant; cum non confirmato contrahitur talis affinitas in Confirmatione, & si id quidam minus probabiliter negent.

SACERDOS, qui peccauit cum illa persona, quam audiuit in confessione, tenetur in confessione confiteri illam circumstantiam, scilicet, quòd habuit rem cum sua filia spirituali; & similiter ipsa tenetur confiteri, quòd habuit rem cum suo Patre spirituali, scilicet cum suo Confessore; tamen probabile videtur, quòd talis circumstantia non sit necessariò confitenda. Ratio est, quia tale peccatum non est incestus, quia non est propriè cognatio spiritualis inter illos, nisi per quandam similitudinem, quamuis tale peccatum est dignum depositione, & carcere; & mulier similiter, quæ habuit rem cum excommunicato, tenetur confiteri illam circumstantiam; & similiter Christianus, qui habuit rem cum non baptizata, tenetur confiteri illã circumstantiam.

Sotus 4 dist. 18. q. 2. art. 4. & dist. 36. q. vnica, art. 2. & 3. & dist. 37. q. vnica art. 1. & 2. & distinc. 22. q. 1. art. 3. & dist. 42. q. 2. art. 2 & lib. 2. de iust. q. 7. art. 2. Candelabrum de confessione q. 36. & q. 38. & de cognatione spirituali q. 153. & de affinit. q. 209. & q. 207. & de matrimonio q. 146. & de impedimentis matrimonij q. 237. Nauarrus cap. 22. num. 75. & cap. 6. num. 4. & cap. 7. num. 2. & de horis Canon. cap. 7. num. 11. & lib. 4. Consiliorum de consanguinitate, & affinit. consil. 5 18. & lib. 4. Consiliorum de Sponsalibus consilio 35. Decis. aureæ lib. 2. cap. 79. §. 7. & §. 22. & cap. 80. & lib. 4. cap 9. §. 33. & cap. 79. §. 7. & §. 12 & cap. 82. §. 11. & lib. 1. cap. 16. & cap. 25. §. 14. Medina de Instruct. Confessorum lib. 1. cap. 9. §. 1. & cap. 18. & cap. 14. §. 18. & lib. 2. & capitulo 4. & capit 3. § 8. Victoria de Sacramentis, titul. de Confessione q. 178. & de Matrimonio q. 291. Corduba q. 2. Aphorismi Confessorum de Baptismo, & tit. Confessio, & tit. Confessor; & tit. debitum coniugale, & tit. de Luxuria, & tit de Matrimonio, Thomas Eliseus de Arcanis Religionis Christianæ de conditionibus Confessoris fol. 244.



Consideratio Confessori, quando dubitat: An ea, quæ confitetur Pœnitens, sint peccata?


CONFESSOR, quando est dubius, An ea, quæ confitetur Pænitens, sint peccata, vel non; quia aliquando contingit, quòd Pænitens sit bonæ conscientiæ, & se accuset de leuissimis, de quibus Confessor dubitat an sint peccata, vel non? tenetur in tali casu absoluere Pœnitentem conditionaliter, dicendo, Si vera peccata habes, vel eá quæ confessus es mihi sint peccata, Ego te absoluo: Si autē non sint peccata, ego nō te absoluo. Et similiter Confessor potest ponere hanc conditionem in mente sua, vt non intelligatur à Pænitente. Ratio est, quia si Confessor dubitando an ea quæ confitetur Pænitens non sunt peccata absoluat Pænitentem absolutè, idest sine tali conditione ponit se periculo peccandi mortaliter; videlicet, ponendo formam absolutionis super materiā non debitam: Sicut (verbigratia) quando Confessor dubitat, an absoluit Pænitentem, potest similiter dicere. Si ego non te absolui, ego te absoluo. Et similiter quando Confessor intelligit, vel dubitat quòd Pænitens non habeat perfectum vsum rationis, vt contingit in febricitantibus, que desuarian con la gran calentura; vel quando Pueri in sextò, vel in septimò anno confitentur non habentes perfectum vsum rationis, tenetur Confessor in tali casu absoluere tales Pænitentes conditionaliter, dicendo, Si habes vsum rationis, & peccata, ego te absoluo; si autem non habes, non te absoluo. Nota, quòd si non sunt coniecturæ de vsu rationis, Pueri in tali casu non sunt audiendi ea intentione quasi ibi sit aliquod Sacramentum Confessionis, sed solùm instruendi sunt quomodo debeant confiteri peccata cum perueniant ad perfectam ætatem. Nota secundò, quòd Pueri in Paschatæ Resurrectionis adducuntur ad Sacerdotem potius benedicantur ab eo, quàm vt absoluantur; & vt cum fuerint grandeui assuescant libenter confiteri.

Victoria de Sacramentis tit. de Confessione q. 104. Med. de instruc. Confessorum lib. 1. cap. 12. & 14. & lib. 2. cap. 7.



Confi-

Consideratio Confessori, circa Pœnitentes indignos absolutione.



CONFESSOR non debet absoluere Pænitentem, quāuis sua peccata cum dolore confiteatur, secundum multorum Doctorum opinionem, qui post primam absolutionem iterum fornicatur cum serua, vel consanguinea sua, vel suæ Mulieris, vel cum alia Muliere, videlicet existente secum in domo sua, quamuis pæniteat, vsquè separentur, quamuis dicat, quòd sit eius serua, vel cognata, vel consanguinea, vel filia suæ mulieris ex alio Marito; vel quòd habet magnam obligationem circa illam. Ratio est, quia quamuis non peccabunt actu, peccabunt voluntate. Quòd si (verbigratia) Pænitens dicat, quòd ex tali separatione manifestabitur suum delictum, idest suum peccatum occultum; vel quod sequetur scandalum apud vicinos, vel consanguineos? Respondeatur illi, quòd tale scandalum ipse illud vult, nemine ei dante; idest, sibi soli imputetur, non verò legi sanctæ Dei, præcipientis tollere occasiones propinquas peccati periculosas: Si oculus tuus scandalizat te, proijce eum abs te; melius est ad vitam ingredi vno oculo, quàm mitti in gehemnam ignis duobus oculis. Y si vno por la salud del cuerpo se và fuera de su casa à otra parte, mucho mejor por la salud de su alma. Et similiter Concubinarius occultus, quamuis habeat concubinam extra domum suam, non est absoluendus, scilicet, qui post admonitiones, iudicio prudentis Confessoris non se vult abstinere. Aduertat Confessor, quòd Pœnitens est credendus in his, quæ dicit pro se, & contra se nisi contrarium appareat; idest, expedit idem peccatum sæpè committentibus differre absolutionem, secundum iudicium prudentis Confessoris, cui iuditio omnia ista relinquenda sunt.


CONFESSOR non debet absoluere Pænitentem, quamuis cum dolore confiteatur peccata sua, videlicet illum, qui non vult se abstinere ab eo, quod est certum esse peccatum mortale (verbigratia) Meretrices non debent absolui, si prius non desinant officium fornicandi, & habeant intentionem non fornicandi, quamuis dicant quod non possunt viuere alio modo, nisi fornicando. Et similiter non sunt absoluendi Scribæ, Iudices, & Ministri Iustitiæ, quamuis dicant quod non possunt viuere alio modo secundum suum statum, & honorem, nisi furando, idest accipiendo pro suo labore, & officio plusq̃ illis debetur; vel accipiendo illud, quod illis non debetur, idest, nō debēt absolui vsq; liberētur à tali officio, aunque digā quelles costo mucho el tal oficio, y tēgan intēcion de no lleuar mas de lo justo.

El

El Sastre, el Zapatero no han de ser absueltos, aunque digan que no pueden viuir, sino robando; conuiene à saber, lleuando à los ignorantes, que poco entienden, por su trabajo o por lo que venden mas de aquello que vale, aunque digan que tienen muchos hijos, o hijas de casar; hasta que se enmienden, y tengan verdadera intencion de no lleuar mas de lo justo por su trabajo, o por lo que venden. Tamen audienda est istorum omniũ confessio cum declaratione; quòd non sunt absoluendi, sed iudicio Dei relinquendi. Quòd si (verbigratia) ex eo, quòd non absoluantur, allegauerint scandalum, vel desperationem, dicatur eis; quòd non sunt digni absolutione, & quòd si absolutio eis in tali casu fieret, quòd non valeret illis.

CONFESSOR non debet absoluere Mulierem excommunicatam occulte à suis peccatis, antequàm absoluatur ab excommunicatione, scilicet à quo potest, quamuis dicat, quòd si suus maritus, qui comitatur illam ad Ecclesiam, non videat quòd absoluitur, & communicat, occidet illam, propter suspicionem, quam habet alicuius mali commissi ab ipsa. Confessor in tali casu tenetur dicere ei, Ego non te possum absoluere; Empero que el harà exteriormente señales como que la absuelue. En quanto à la communion le hà de dezir que el no la puede dar licencia para comulgar, que ella se vaya con Dios: y si ella dixere, que quiere comulgar; el Confessor le diga, que se me da à mi de esso? y des que comulgue, o no comulgue que tengo yo que ver en esso haga yo lo que soy obligado, y cadauno se passea por do qui siere, y si la tal muger occulta descomulgada al proprio Confessor comulgando, à otros se llegare, à comulgar, tambien la hà de comulgar, aunque no tenga tal licencia de el; y no le hà de dezir nada, aliàs esset reuelator confessionis: Christus enim communicauit Iudam damnatum. Tambien ay algunos que dizen, que con consentimento, y intelligencia del Penitente occulto descomulgado, puede el Sacerdote que dà la communion poner dos formas, vna consagrada, quam Pœnitens occultè excommunicatus adoret publicè, vt euitet peccatum Idolatriæ; & à tergo alteram non consecratam, quam sumat, vt non peccet mortaliter. Et hoc est faciendum quando excommunicatus occultè de non communicando sequeretur illi periculum suæ vitæ, famæ, vel bonorum.

Emanuel Rodriquez de explan. Bullæ cruciatæ fol. 3. Sylu. verbo Confessor 3. §. 2. Medina de instruc. Confessorum lib 2. cap. 11. Cordub. q. 4. Nauar. cap. 16. num. 2. & cap. 26 num. 16. & num. 20. Candelabr. de absol. q. 87. & de satisfact. per totum, Sotus 4. dist. 18. q. 3. art. 3. & dist. 20. q. 2. art. 2.



Conf-

Consideratio Confessori, quando ignorat pænitentiam restitutoriam imponendam.

CONFESSOR aduertere debet, pro declaratione huius tituli; quod duplex est pœnitentia imponenda Pœnitenti pro peccatis suis confessis; vna est restitutoria, videlicet vitæ, famæ, bonorum; altera est satisfactoria de qua in capitulo sequenti dicetur. Sed nota, quòd si (verbigratia) Confessor ignoret pœnitentiam restitutoriam, scilicet vitæ, famæ, bonorum imponendam Pœnitenti; vel si Confessor nesciat casus decisionem, & incipiat dubitare, An Pœnitens in tali casu teneatur ad restitutionem, vel non; vel si Confessor non habeat experientiam commutandi votum; & Pænitens vult vt per Iubileum, aut per Bullam votum suũ eundi Romam commutetur; in tali casu Confessor tenetur dimittere Pænitentem sine absolutione suorum peccatorum, & sine sui voti commutatione; dicendo illi; Fili mi, quære alium Medicum peritum, idest Confessorem doctum pro salute animæ tuæ: nam ego non possum satisfacere conscientiæ meæ de casibus tuis. Medicus enim non parum vtilitatis facit ægroto, quando non intelligens benè eius infirmitatem, dicit ei, Fili mi quære alium Medicum peritum pro salute corporis tui, quia ego non benè cognosco infirmitatem tuam; & ideo poterit esse forsitan putans te ab ægritudine liberare, vt te occidam. Secundò similiter Confessor in tali casu poterit dicere Pœnitenti, quòd expectet pro absolutione, & sui voti commutatione, & sinat illum peritos consulere, quia vult melius rem cribare. Tertiò similiter Confessor poterit in simili casu absoluere Pænitentem, & commutare suum votum, præcipuè si talis Pænitens non possit expectare, videlicet ponendo illi in pænitentiam, vt pro tali restitutione, scilicet vitæ, vel honoris, vel bonorum, vel testimonij falsi; vel in tali re dubia vel pro commutatione sui voti consulat talem virum doctum, vel alios peritos, & proponat illis casum in genere, idest damnum factum, dicendo; Señor, que restitucion deue hazer el que hà hecho tal daño; desta manera, & obediat ei en todo àquello que le dixere questa obligado hazer; quia in tali casu si Pænitens est paratus ita facere, videtur quòd sit contritus, & quod nihil habeat absolui repugnans. Sed nota, quòd prima absolutio est tutior.

Syluester verbo Confessor 3. § 13. Caietanus verbo Confessoribus necessaria, Medina de instruc. Confessor. lib 1. cap. 5. & 19 & lib. 2. cap. 7.

Con-

Consideratio Confessori, circa pænitentiam satisfactoriam imponendam.

CONFESSOR aduertere debet primò, pro declaratione huius tituli, quòd pænitentia satisfactoria imponenda Pænitenti pro suis peccatis confessis, relinquitur iudicio prudentis Confessoris, considerata scilicet magnitudine peccati, & contritionis, & qualitate Pænitentis, an sit robustus, vel debilis, pauper, vel diues; nam ieiunium non est imponendum seni, vel delicato, sed luxurioso, & eleemosyna non est imponenda pauperi, sed diuiti; nec seruo, aut mulieri, vel filio non est imponenda pænitentia in detrimentum obsequiorum debitorum. Denique à varijs, & miserijs est imponenda eleemosyna luxuriosis ieiunium blasphemis oratio. Secundò Confessor aduertere debet, quòd pænitentia imponenda satisfactoria talis debet esse, vt non sit nimis soluta, nec nimis rigida; tamen tutius est ponere pænitentiam minorem, quàm maiorem, quia melius excusamur apud Deum per multam misericordiam, quàm per nimiam seueritatem, & quia talis defectus in Purgatorio supplebitur: Deniquè in dubio, inter maiorem, & minorem pænitentiam imponendam potius eligendum est periculum errandi in minus, quàm in plus; quia melius est apud Deum reddere rationem de nimia misericordia, quàm de nimia seueritate. Tertiò similiter Confessor aduertere debet, quòd benè potest imponere pænitentiam satisfactoriam Pænitenti, secundum arbitrium ipsius Pænitentis, scilicet à quella quel Penitente quiere. Et similiter minuere illam, & augere illam quantum Pænitenti placuerit, & voluerit, nam melius est quod Pænitens faciat paruam pænitentiam quam quod promittat facere magnam, & non faciat. Sed nota, quòd hoc intelligitur de pœnitentia solùm satisfactoria de qua loquimur, non verò de pænitentia restitutoria; nam si pænitentia imponenda Pænitenti fuerit restitutoria, vel necessaria ad exiendum à peccato qualis est damni facti restitutio, odij mortalis depositio, dimissio concubinæ, vel officij, quod sine peccato mortali exerceri non potest, vel conuersationis, qua se credit in peccatum mortale lapsurum, talis pænitentia est necessariò imponenda Pænitenti, quam, si Pænitens nolit acceptare, non est absoluendus. Sed de hac re vide clarius in materia de Pænitentibus, tit. Consideratio Pænitenti circa pænitentiam impositam à Confessore.

S Thomas opusc.65. de cautela in conf. haben. Medina de instruct. Confessorum lib.1. cap.11. Sot.4. dist.20. q.2 art.3. Thomas Eliseus de Arcanis Religionis Christianæ, tit. de conditionibus Confessoris fol.246.

Conf-

Consideratio Confessori, circa eleemosynam confessionis.



ONFESSOR aduertere debet, quòd pro administratione Sacramenti confessionis; nec pro labore, quem patitur, audiendo peccata Pœnitentis, non potest petere aliquid in eleemosynam, quia peccabit mortaliter peccato simoniæ, idest, qui exigit aliquid, aliter non auditurus confessionem, simoniam committit per Ecclesiam puniendam; & quia audit confessiones principaliter propter lucrum, simoniam committit mentalem. Si verò Confessor potius audiat hunc, à quo aliqua eleemosyna speratur, quàm alium, non committit simoniam; quia in tali casu talis eleemosyna non est causa principalis; sed occasio incitans, vel inducens ad audiendum illius confessionem magis, quàm alterius. Ratio huius veritatis est, quia Sacramentum confessionis est res spiritualis; & labor, quem patitur Sacerdos in administratione illius, est labor coniunctus rei spirituali, & de eius substantia; & ideo pro tali labore Sacerdos nihil potest petere; Sed vt dicit Diuus Augustinus mercedem dispensationis à Deo recipiet. Sed nota, quòd Confessor sponte oblatum benè poterit recipere, scilicet in eleemosynam, non verò in prætium, vel in mercedem talis operis: & similiter Confessor poterit aliquid petere, & conuentionem facere videlicet pro obligatione residendi in tali Ecclesia, & audiendi in illa confessiones; sicuti mutuator pro mutuando numos nihil prætii exigere potest; tamen pro mutuandi obligationem, quam supra se imponit, licitum est aliquid recipere, & pactum facere. Et similiter Confessor si ad aliquem locum distantem vocetur ad audiendam confessionem alicuius Infirmi; vel si teneatur expectare, cùm nullam obligationem habeat, potest in tali casu scilicet pro isto labore expectationis, vel itineris aliquid petere, & non erit Simoniacus, idest non peccabit, quia isti labores sunt antecedentes Sacramento confessionis; atque adeo illi accidentes, non verò de eius substantia: Deniquè auditio confessionis, cuius principium est Ordo Sacer, nunquàm est emibilis, aut vendibilis, quia gratis est iussa à Domino dari, quia est inæstimabilis prætij, & ideo quando à fidelibus aliquid pro ea datur, debet intelligi in eleemosynam pro sustentatione, vel pro aliqua obligatione accidentali ei annexa.

NOTA pro declaratione dictorum, quòd Confessor non tenetur confessionẽ audire, pænitentias imponere, aut absoluere ea intẽtione, vt aliquid temporale à Pænitente recipiat; nam si hoc faciat apud discretũ Iudicem, qui omnia nouit, grauiter se astringit; tũ gratis oblatum à Pænitente,

deuotè recipere debet, etiam quantumcumq; modicum fit, & non respuere ex contemptu; nam tota Ecclesia de eleemosyna sustentatur: Honestum autem est, vt confitens aliquid det Confessori in signum deuotionis tempore confessionis, quamuis de rigore iustitiæ non teneatur; sed in his obseruanda est consuetudo Terræ: quapropter si Pænitens nihil voluerit dare, non est propter hoc neganda absolutio.

Ludouicus Lopez lib.1. de contract. cap.8. fol.31. Sotus lib.9. de Iustitia, q.6. art. 1. *Syluester verbo simonia §.8. S. Thomas opusc. 63. de offitio Sacerdotis; & in 4. senten dist.25. q.5. Nauarrus cap.21. num.* 101. *Scrutinium Sacerd. 2. p. tract. de modo confit. fol.53. de Simon. fol.*100.




BRE-

BREVIS TRACTATVS DE SACERDOTIBVS.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonfum de Madrigal natural de la villa Defcalona, Toletanæ Diœcefis, Ordinis Prædicatorum.

De Proprietatibus, & Virtutibus Sacerdotis.



SACERDOS aduertere debet, quòd ita religiosè tenetur viuere, vt à nullo valeat reprahendi: Nam valdè incógruum eft, vt Sacerdos repræhenfibiliter viuat; cuius Ordo facer exigit, vt omnibus alijs formam fanctitatis oftendat. Non enim fufficit Sacerdoti, vt vita illius fit fancta, fed eft neceffarium, vt fama illius fit bona: oportet Sacerdotem ab his, quæ foris funt bonum teftimonium habere. Deniquè vita Sacerdotis debet effe conformis fuo nomini, & fuæ fanctæ profeffioni, ita vt nomen illius, & fua profeffio fancta non fit inanis, & vacua, fed manifeftetur in fuo opere bono; & fi quidem fanctus eft Ordo ille Sacerdotalis quem fecum habet, nam fanctificat eius animam; fancta fit eius conuerfatio, & vita; & fi quidem fancta eft profeffio fua, nam dedicauit fe fpiritualibus per receptionem facrorum Ordinum; fancta fit eius conuerfatio, & vita. Por tanto ninguno en todo el Pueblo en fancta, y cafta vida, y buen exemplo fe hà de comparar con el Sacerdote?

SACERDOS illicitos fuos motus, qui per fragilitatem carnis oriuntur fub difciplina coercere debet, & membra, & omnes fenfus fuos debet cōponere, & freno caftitatis reftringere, quam profeffus eft obferuare in receptione Ordinis facri taliter vt nunquam poffint lafciuiæ, aut vanitati deferuire. Deniquè Sacerdos in omnibus fuis actionibus, & in omnibus fuis defideriis in omni locutione fua, non quod libido, aut vanitas cupit, fed quod lex diuina dicit, affequi, & loqui debet; confiderans primò, quòd il-

le, qui dat ſenſibus ſuis quod volunt, non ſeruabit caſtitatem, nec erit quietus, quia nunquam ſaciantur ſecundò. Conſiderans, quòd vbicumq; reperiatur debet eſſe ſpeculum caſtitatis, & regula ſanctitatis, & norma orationis, deuotionis, & virtutis, omnium aliorum hominum. Deniquè tali modo Sacerdos viuere debet in terra, vt omnes videntes eum, ad ſanctitatem, caſtitatem, & honeſtatem, & ad amorem Dei excitentur ratio huius veritatis eſt: nam Sacerdos eſt lux poſita ſuper Candelabrum, quæ ſic debet lucere, vt peccatores (y tambien la gente imperfecta en ſus palabras, y act ones) eius opera videntes, & vitam illius contemplantes, conuertantur à ſuo errore, & imperfect one, & infideles, ſcilicet Turcæ, Pagani, Barbari, & Tartari noſtram fidem laudent. Ha de ſer el Sacerdote el relox del Pueblo, y la carta del nauigar por donde todo el pueblo ſe hà de guiar, por tanto el Sacerdote hà de mirar mu y bien como biue, y à donde pone el piè hà de conſiderar que por no ſer el ſancto., y el que deue muchos en el pueblo no lo ſon, y por no tener à quella autoridad, honra açerca de ſu perſona, y perfection en ſus obras, y honeſtidad en ſus palabras, y ſantidad en ſu conuerſacion que conuiene le tienen en poco, a el ya ſu miniſterio y a los de mas Sacerdotes, por tanto el obiſpo al que da mal exéplo en ſu hablar, o en alguna deſtas coſas le hà de priuar de que no diga Miſſa por quel ſe ha caſtigado de ſu peccado, y los de mas ſe enmienden, y ſe han caſtos, religioſos, ſanctos los que deuen, ò no quieran ſer Sacerdotes.


NOTA pro declaratione dictorum, quòd ſi omnes iſtæ proprietates, & virtutes, quæ in obſeruatione illarum non eſt parum difficultatis, & rarò ſimul in vno inueniuntur non eſſent neceſſariæ in Sacerdote, in tali caſu quamplurimi Caualleri, y Arteſani; ideſt, infiniti, & ſine numero habentes patrimonium inuenirentur, volentes eſſe Sacerdotes, & in tali caſu Sacerdotes paruipenderentur. Sanctus Auguſtinus dicit, Nihil facilius, nec acceptabilius eſt hominibus, quàm Epiſcopi, vel Sacerdotis offitium, ſi perfunctoriè res agatur, quia non reſpicitur onus, quod ſecum trahunt iſta offitia; ſed coram Deo nulla eſt res ita periculoſa: tamen ſi eo modo militetur, quo Chriſtus iubet, nihil apud Deum beatius.

Hugo de Sancto Porciano ſuper Reg. B. Auguſtini; Speculum peregr. quæſtionum, cap. 8. q. 2. Toletus de inſtruc. Sacerd. cap. 31. Domin. Valtan. de doctr. Chriſt. fol. 228.



A qui-

A quibus Sacerdos tenetur se abstinere.



SACERDOS ante omnia tenetur fugere ab otio; Est enim otium mater omnium vitiorum, & materua virtutum: Finalmente la ociosidad enseña mucha malicia, y villaqueria; porque es la escuela de la maldad. Los hombres ociosos caen en grandes males: Por tanto los que se exercitan en honestos trabajos, adquieren grandes bienes. Assi como el agua encharcada y detenida cria sapos, y otras sauandijas malas; desta suerte assi el hombre ocioso cria malos y brutos pensamientos, y feos deseos, y se ocupa en dezir d'este, y de aquel; finalmente en lo que no le toca: y si es Sacerdote, juntamente con lo dicho, dà mal exemplo à los demas que le ven estar ocioso, por tanto el Sacerdote no hà de querer estar ocioso principalmente donde le vean que cosa es la ociosidad quando no estan ocupados sino la yesca de los peccados.

SACERDOS secundò tenetur se abstinere à verbis otiosis, & vanis; Primò quia tenetur dare bonum exemplum alijs. Secundò, quia ille qui à verbis otiosis, & vanis non se separat, parum proderit in seruitio Dei. Tertiò, quia audientes similia ab eo scandalizantur; & se ipsum vanum ostendit, & declarat. Nota, quòd si Sacerdos non teneretur fugere à vanis verbis, & otiosis, in tali casu nullum esset discrimen inter Sacerdotes Dei ministros, & alios homines populares, & vanos, el tibio en su coraçon no siente que son dañosas dezir palabras ociosas.

SACERDOS tertiò considerare debet, quod non licet ei negotia secularia tractare; nam per receptionem Sacrorum Ordinum Orationi est dicatus: administrat enim in domo Dei quæ est domus Orationis; & quia indecorum est prorsus eius dignitati, sanctitati, auctoritati, & officio, nisi solum ad pias causas, & hoc cum debita moderatione charitatis misericordia motus, non verò propter diuitias, aut vanam gloriam, vel cupiditatem. Denique Sacerdos ab omni strepitu rerum secularium se debet abstinere, de suerte quel y su casa toda hà de oler à sanctidad, castidad, oracion, charidad, y misericordia con los peregrinos pobres enfermos necessitados son los Sacerdotes en el pueblo los padres de los pobres necessitados. Sed de hac re vide in materia de Clericis, titulo Consideratio Clericis circa pauperes.

SACERDOS quartò considerare debet, quòd non licet ei tempus otiosè conterere in plateis, aut in viis publicis, aut in officinis vendentium, videndo ludentes: idest Sacerdos non debet ludentibus, aut vana loquentibus assistere, nec expectator illorum esse multis de causis. Ratio est, quia ista loca, & talia expectacula sunt occasionata ad peccandum; & qui amat periculum peribit in illo. Nullus est magis bonus nisi in quantum fugit occasiones; debemus tollere parua impedimenta

dimenta

dimenta, ne cadamus in pericula magna, el que no se guarda de lo poco viene à caher en lo mucho, por tanto non solamente el Sacerdote sino cadauno à de procurar de escusarse de conuersationes deleuianos, y de ruar calles, y de estar ocioso en las plaças que son todos estos lugares ocasionados para peccar. Secundò, quia Sacerdos non solum tenetur dare bonum exemplum, sed alios repræhendere. Tertiò, ne labia diuinis laudibus consecrata vana & inutilia, quæ ad rem non pertinent, sentire videantur. Quartò, quia vt dicit S. Conciliū sess. 21. de reformat. cap. 1. leuia delicta, quæ in illo maxima essent, tenetur fugere. Quintò, quia Sacerdos, vbicumq; reperiatur, debet animaduertere, & considerare secū, quod est Sacerdos; idest Dei minister, & quòd debet dare omnibus alijs exemplum sanctitatis, castitatis, honestatis, orationis deuotionis, virtutis, & boni exempli; an de notar los que son amigos deuer juegos, o fiestas que en los juegos, fiestas, y toros la castidad escombatida, y muchas veces vencida.

S. Thomas 2.2 q 187. Sanctus Antoninus 3. p tit. 16. cap. 6. & tit. 23. de personis quæ dicuntur Ecclesiastici; Philippus Diaz in Sermonib. Quadrag 2. p. fol 86. num 7. Sylu verbo Clericus 3. §. 3. Sotus lib 9. de iustitia q. 2. artic. 2. Melchior de Sancta Cruz, lib. 1. fol. 104. Dominicus Valtanas de Doctrina Christiana folio 49.

Consideratio Sacerdoti, circa Orationem ante Missae celebrationem.



CONVENIT illi, qui frequenter communicat, quantò magis Sacerdoti, qui vt in plurimum quotidie celebrat, ratione suæ conscientiæ, & boni exempli aliorum occupare aliquam partem temporis ante Missæ celebrationē in oratione, non solùm vocali, sed etiam mentali, vel saltim in sola mentali; considerans quòd accedit recipiendum Iesum Christum Dominum nostrum verum Deum, & hominem creatorem vniuersi, sicuti est in cœlo, sedentem ad dexteram sui Patris; & an habeat animam suam bene dispositam virtutibus, & bonis desideriis ornatam; vel quid faciet, vt illum digne recipiat. Nota pro declaratione, quòd ad orationem vocalem siue mentalem conueniens remedium semper fuit ieiunium; nam sicut auis, quæ carne abundat, & paucas pennas habet, sicut est Gallina parum volat; è contrario verò auis illa, quæ quamplurimas pennas habet, & parum carnis vt est Aquila, multum volat: Ita qui ieiunant, & pœnitentiam faciunt magis idonei sunt ad Orationem, & mentis eleuationem in Deum, quàm splendidè manducantes, & delicatè, vel delitiosè viuentes. Quapropter huiusmodi homines non debent esse Ecclesiastici;

clesiastici;nam Ecclesiastici,per receptionem sacrorum Ordinum,debent esse casti; idest per talem receptionem alio titulo de nouo se obligauerũt ad castitatem honestatem seruandam : & similiter sunt dedicati ad dona- ora tionem administrant in domo Dei quæ est domus orationis, & ad Deum laudandum, & pro Populo orandum; qui præbet eis suas eleemosynas ad illorũ sustẽtationem;& occupatus in temporalibus id facere nõ potest: & illi,qui nullam pœnitentiam faciunt,idest,illi qui splendidè manducant, & delicatè,idest deliciosè viuunt, difficulter possunt honestatem castitatem seruare : Miraculum,magnum valdè est,sine pænitentia seruare illam. Qui vult seruare castitatem,& splendidè manducat, & delicatè viuit esse sicut ille qui vult recedere à cane, & tribuit illi panem; & similiter sunt magis procliues,& inclinati ad sæcularia tractanda, quam ad spiritualia scilicet quàm ad orationem, & contemplationem. Sed de hac re vide clarius in materia de Clericis per totum.

Dominicus Perez. lib. de la oracion cap. 28. fol. 89. Dom. Valtan. lib. de Doctr. Christ. fol. 240. & 245.

Consideratio Sacerdoti, circa Confessionem ante Missae celebrationem.

SACERDOS animaduere debet,quòd ante Missæ celebrationem, tenetur confiteri peccata sua mortalia, si habeat:verum est tamen,quòd Sacerdos ita sanctè,castè,& religiosè tenetur viuere,vt non indigeat confessione. Nota,que toman suspicion los Seculares, de que el Sacerdote no sea tan sancto,y casto como deue,quando està mucho en reconciliarse. Idest,Sacerdos tenetur confiteri ante Missæ celebrationem non solum de iure positiuo,sed de iure diuino peccatum mortale, si habeat;vel si de eo dubitauerit;sed etiam peccata, de quibus probabiliter credit non esse confessa: & similiter peccatum, de quo dubitat, an sit mortale,aut veniale; aliàs confessio non esset integra, quamuis ex reuelatione sciat se habere contritionem suorum peccatorum, & ex tali contritione se esse iustificatum;idest,quamuis habeat dolorem suorum peccatorum cum proposito confitendi, debet confiteri si habeat copiam Confessoris. Sed nota, quòd si forte fortuna Sacerdos inter agens, vel vrgenti aliqua causa,dum sit contritus,celebrauerit sine confessione, quia defruit copia Confessoris tenetur statim,dum commodè potest confiteri. Verbi gratia Parrochus ruranus,qui tenetur in die festo Sacrum facere,& non habet Confessorem nisi longè distantem,vel si habeat casum reseruatum; & non sit Episcopus præsens, poterit sine confessione cum contritione celebrare,maximè si de non celebrando incurrat in aliquam infamiæ notam;

&

& poſtea dum commodè poteſt,tenetur confiteri, ſecundum illud S.Concilij ſeſſ.13. Canon.11. vbi habetur, quòd ſi vrgenti neceſſitate Sacerdos abſquè præuia confeſſione celebrauerit quamprimum confiteatur. Si autem Sacerdos ſolum habeat venialia, in tali caſu benè poterit celebrare ſine confeſſione: Prima ratio huius veritatis eſt, quia venialia non ſunt de neceſſitate confitenda, ſed de conſilio; tamen laudabile eſt illa confiteri. Secunda ratio eſt, quia accedere ad Euchariſtiam cum conſcientia venialium,non eſt mortale;quia venialia etiam ſi ſint infinita, non priuant gratia Dei poſſunt eſſe cum virtutibus infuſis,nec impediunt augmentum illius. Tertia ratio eſt, quia venialia purgantur per confeſſionem generalem ipſius Sacerdotis celebrantis in introitu Miſſæ; nam in tali caſu Sacerdos abſoluitur à venialibus à Seruitore Miſſæ,quamuis ſit ſæcularis,& hoc auctoritate Eccleſiæ,quæ habet poteſtatem ſupra venialia:Et quia quamuis talis Confeſſio non ſit Sacramentum, eſt tamen quodam Sacramentale in nullo alio caſu ſecularis poteſt abſoluere à peccatis, & ſi contingat quod ſecularis audiat confeſſionem alicuius morientis, & eum abſoluat talis abſolutio eſt nulla, quia non eſt Sacramentalis, & talis confeſſio non eſt confeſſio Sacramentalis, ſed ſolum quædam enarratio ſuorum peccatorum ſolus Sacerdos poteſt abſoluere à peccatis. Deniquè Sacerdos, ſi nullum habeat peccatum mortale, quod non fuerit antea legitimè confeſſus, & exiſtimet eſſe in gratia Dei, poterit celebrare ſine confeſſione: Contrariam verò admittens conſcientiam,& cum illa celebrans, peccaret mortaliter.

Victoria de Sacramentis tit. de Confeſſ.q.143. & 148. & 136. & de Euchariſtia q.76. & ſequentib. Sylu. verbo Euchariſtia 3. §.16. Henrriquez de Euchariſtia lib. 8. cap.4. & cap. 45. Xuarez 3.p. q.80. art. 5. Candelabrum de confeſſione, q. 35. & q. 82. & de Euchariſtia q. 106. & ſequentib. Toletus de inſtruc. Sacerd. lib.3. cap 7. Nauarrus cap.2. num 10. Thomas Eliſeus de Arcanis Religionis Chriſtianæ de conditionibus confeſſionis fol.243.

SACERDOS aduertere debet pro maiori declaratione, & intelligentia,quòd omnia Sacramenta Eccleſiæ poſſunt dari,& recipi ſine confeſſione cum ſola contritione; & quia homo non poteſt ſcire an ſit contritus ad Sacramenta recipienda; nec Sacerdos poteſt ſcire an ſit contritus ad Sacramenta adminiſtranda, ſufficit ſi in ſe inueniat ſigna contritionis, ſcilicet ſi doleat de peccatis commiſſis, & proponat cauere de futuris. Sed eſt aduertendum, quòd quamuis ſit bonum dolere de ſingulis peccatis, tamen ſufficit vnus dolor generalis de omnibus,ideſt ſufficit vna contritio de omnibus in generali. Deniquè ad omnia Sacramenta tàm in Sacerdote adminiſtrante,quàm in recipiente illa,requiruut contritionem de neceſſitate; confeſſionem verò de conſilio. Ratio huius veritatis eſt, quia Eccleſia non determinauit, vt confeſſio fiat ante receptionem vel adminiſtrationem Sacramentorum, nec de iure diuino habetur; & ideo non eſt neceſſaria, niſi ſolum ad recipiendum Sacramentum Euchariſtiæ,quod ha-

bet

bet hoc particulare quòd nullo modo poteſt confici,nec recipi ab exiſten te in peccato ſine cõfeſſione illius prius facta,quamuis ſecum habeat con tritionem. Denique receptio Sacramenti Euchariſtiæ requirit contritio nem,& confeſſionem de neceſſitate,ſecundum illud Pauli. Probet autem ſe ipſum homo &c. dummodo ſit copia legitimi Confeſſoris. Ratio eſt, quia in Sacramentis adeſt Deus per gratiam,ideſt,adeſt Deus virtualiter, & effectualiter;& ideo ad illa adminiſtranda,vel recipienda, ſufficit con-tritio ſolùm in habente peccatum mortale abſquè confeſſione; quamuis benè faceret Sacerdos ſi confiteretur ante adminiſtrationem Sacramen-torum;& ſimiliter ſæcularis benè faceret,ſi confiteretur ante receptionem Sacramentorum. Sacramentum verò Euchariſtiæ, quia in ipſo adeſt ipſe Chriſtus Dominus noſter perſonaliter,realiter,& eſſentialiter,aliorum Sa-cramentorum auctor,& inſtitutor reali exiſtentia;ideo in habente pecca-tum mortale requirit in eo tàm ad receptionem illius, quàm ad confe-ctionem, ideſt quàm ad Miſſæ celebrationem, quia non poteſt confici niſi in Miſſæ celebratione (ſine peccato, non ſolum contritio,ſed etiam confeſſio; ideo Sacerdos, qui exiſtit in peccato mortali ſine contritione, & confeſſione illius, celebrat, conſecrat, & communicat, quamuis ve-rum conficiat Sacramentum, & ſimiliter recipiat, ideſt quamuis recipiat Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum ibidem realiter exiſtentem; ta-men non recipit rem Sacramenti ,ideſt gratiam, imo peccat mortaliter, & ſacrilegium committit. Qui autem dignè celebrat, vel communicat, recipit Sacramentum,& rem Sacramenti, ideſt gratiam. De qua commu-nione intelligitur illud Ioannis 6. Qui mãducat hunc panem viuet in æter num. Ex dictis ſequitur,quòd ſimiliter Sacerdos, qui adminiſtrat aliquod Sacramentum,ſcilicet baptiſmi confeſſionis,& aliorum in peccato morta li,ideſt,ſine contritione illius,vera Sacramenta adminiſtrat,& confert;ta-men peccat mortaliter,quia indigne exercet Sacramenta. Sed nota,quòd ſi Sacerdos in tempore neceſſitatis ſecretè baptizet Puerum,ideſt ſine ſo-lemnitate,quamuis ſit in peccato mortali,vel excommunicatus,non pec-cat mortaliter; quia in tali caſu non baptizat vt Sacerdos ſolemniter, ſed vt homo particularis; ſed poſtea tali ſic baptizato ſi viuat,in Eccleſia adhi bendæ ſunt ceremoniæ,quæ defuerunt. Sequitur ſecundò, quod ille qui exiſtit in peccato;ideſt ſine contritione illius, recipiat Sacramenta, licet vera Sacramenta recipiat, tamen non recipit rem Sacramenti, ideſt gra-tiam,quia peccat mortaliter. Sed nota, quòd ſi quis exiſtens in gratia, id eſt cum contritione adminiſtret, vel recipiat aliquod Sacramentum, au-get illam,etiam ſi accedat cum peccato veniali,etiã ſi id quidam negent.

SACERDOS ſecundò aduertere debet pro maiori declaratione, & intelligentia,quòd quamuis verùm ſit, quòd ad receptionem cuiuſcumq; Sacramenti ſit neceſſaria contritio, ſcilicet in habente peccatum mortale quæ eſt dolor perfectus, voluntariè aſſumptus de peccatis propter Deum cum propoſito confitendi, ſatisfaciendi; tamen ſecundum probabilem

opinionem multorum Doctorum,ad receptionem Sacramenti confessionis sufficit attritio, non solum illa quæ est perfecta, scilicet quæ est dolor imperfectus de peccatis propter Deum principaliter assumptus,videlicet quando quem pœnitet mortaliter peccasse propter Deum, sed non super omnia,vt par erat, sed imperfectè statuit in corde suo amplius non peccare, Quapropter attritio est sine gratia, secus est de contritione; sed etiam ad receptionem Sacramenti Confessionis sufficit attritio imperfecta,quæ est dolor imperfectus de peccatis ob turpitudinem peccati, vel timorem inferni. Ratio est, quia Sacramentum confessionis est Sacramentum mortuorum quia per illud viuificantur;& ideo si homo cum tali attritione etiã imperfecta tale Sacramentum suscipiat, ex attritto fit mediante Sacramento contritus,& recipit gratiam,& saluatur: Minimus enim gradus gratiæ, in quo existit, sufficit omnia peccata expellere, ipsumq; Dei amicum facere,eiusq; gloriam æternam habere. Secunda ratio est, nam quamuis talis attritio,etiam imperfecta,idest talis dolor imperfectus, quamuis per se ipsum solùm non sit sufficiens dare vitam animæ nostræ reconciliando eam Deo, tamen coniunctus Sacramento confessionis suscitat animam nostram; & tale Sacramentum præbet illi gratiam: & ideo peccator dignè accedit ad Sacramentum confessionis quamuis clarè cognoscat quòd sit peccator,& quòd non habet perfectum dolorem suorum omnium peccatorum,sicut ipse erat obligatus,& sicut ipse habere volebat. Sed nota, quòd si nullum dolorem habeat de suis peccatis,vel displicentiam,& hoc aduertat, in tali casu confessio esset reiteranda, quia est nulla: oportet ad minus dolore quòd non doleat,idest sufficit cum Sacramẽto dolere,quòd non satis doleat,vt confessio sit valida: Et similiter est necessarium, quòd quando quis confitetur vt habeat propositum pro tunc non reincidendi; aliàs confessio,& absolutio, & pænitentia non valerent, quia ibi non est principalis pars pænitentiæ,scilicet dolor, idest contritio, vel saltim attritio: si autẽ habeat propositũ non recidiuandi, vel reincidendi, quãuis postea per fragilitatem cadat in peccatum,valet talis confessio. Nota secundò, quòd post dimissa peccata, iterum Deum offendere magna ingratitudo est; tamen hæc grauitas,quæ ratione ingratitudinis consurgit, non mutat peccati spetiem; ideo non est de necessitate confitenda. Similiter aduertendum est, secundum probabilem opinionem multorum Doctorum, quòd attritio perfecta est, sufficiens ad recipienda omnia Sacramenta, quia in singulis datur gratia,& habenti augetur, excepto Sacramento Eucharistiæ, quod requirit contritionem, & confessionem, vt dictum est supra. Sed nota, quòd nonnulli dicunt, quòd etiam sufficit attritio ad receptionem huius Sacramenti Eucharistiæ quibus ego non assentio.

SED dicet aliquis, Si per contritionem homo est in gratia Dei,& constituitur in pristinam Dei amicitiam, & peccata sunt illi iam dimissa; & aliquando tanta potest esse contritio,vt non solum tollat culpam, sed etiã totam pœnam peccatis debitam; quare simul cum contritione requiritur

con-


cõfessio ad celebrationem Missæ & ad cõmunionem, & similiter semel in anno,& in tempore mortis naturalis,aut violentæ si fit copia Confessoris? Respondetur, quòd ante institutionem Sacramenti confessionis remittebantur peccata habenti contritionem sine confessione,idest quamuis non haberet propositum confitendi,sicut fuerunt dimissa Petro peccata, Magdalenæ,& bono Latroni: Sed cùm sit nouum præceptum Domini,videlicet positum post eius Resurrectionem,Ioannis 20. Accipite Spiritum sanctum &c. videlicet,quòd quicumq; inciderit in peccatum mortale, teneatur illud confiteri; ideo post institutionem talis præcepti, Si quis doleat de peccatis sine proposito confitendi, videtur facere aliud peccatum mortale scilicet contra hoc præceptum; & cum vnum peccatum mortale sine alijs non possit remitti, ideo omnia remanent non remissa. Secundò respondetur, quòd contritio continet in voto Confessionem, & Satisfactionem: & ideo quamuis quis habeat contritionem de peccatis,tenetur confiteri in temporibus dictis,in quibus est præceptum confitendi. Nota pro declaratione, quòd gratia datur contrito supposita totali pœnitentia in voto, scilicet supposita Confessione, & Satisfactione postea faciendis. Tertiò respondetur, quòd quando contritus accedit ad confessionem, quamuis habeat remissam culpam, nihilominus per absolutionem sortitur remissionem pænæ, & augmentum gratiæ: nam contritio non tollit semper totam pœnam peccatis debitam: aliàs non esset necessaria Indulgentia plenaria, nec Purgatorium.

NOTA pro declaratione, quòd in lege naturæ, & scriptæ confessio mentalis solum erat necessaria, & sine illa non erant salui. Dauid dicebat, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Denique confessio vocalis coram Sacerdote non fiebat, in lege naturæ, nec in lege scripta, sed solum in lege gratiæ est necessaria, scilicet post Resurrectionem Domini, vt dictum est. Ratio est, quia confessio non erat instituta ante Passionem Domini nostri Iesu Christi: Ideo quamuis Petrus peccauit negando Christum, non debuit confiteri coram Sacerdote, idem dicendum est de Beata Magdalena,sed si quis dicat quod debebant confiteri post institutionem Sacramenti confessionis. Respondetur,quod non debuerunt confiteri, quia Christus pro omnibus satisfecit; Nam si per Indulgentiam plenariam Summi Pontificis ratione applicationis thesauri Ecclesiæ peccator contritus soluitur à pœna debita suorum omnium peccatorum: (Nota,quòd Indulgentiam non consequitur, qui non est in Dei gratia) ergo à fortiori Christus Dominus noster primus Sacerdos moriendo corporaliter in cruce, & effundendo suum sanguinem, efficienter satisfecit pro pæna, & peccato totius naturæ humanæ hoc probatur auctoritate Pauli ad Rom. 5. Reconciliati sumus cum Deo per mortem filij Dei. Sed dicet aliquis, Non omnes sunt salui post mortem Domini nostri Iesu Christi,nam multi sunt damnati in inferno; Ergo Passio Domini nostri Iesu Christi non satisfecit pro omnibus?

Respondetur, quòd hoc non prouenit ex parte Dei, quia sufficientissimè satisfecit; sed prouenit, vel quia nunquam voluerunt in Christo credere; vel postquam crediderunt iterum peccauerunt, & pænitentiam non egerunt.

NOTA, quòd Presbyter sæcularis, quandoquidem tenetur frequenter celebrare; & de iure diuino ante celebrationem confiteri, si habeat peccatum mortale, & sit copia Confessoris, vt facile inueniret Confessorem ad adimplendum hoc præceptum, habet facultatem ex consuetudine sibi concessa eligendi Confessorem quemlibet ex approbatis sine licentia Episcopi, vel Parrochi absquè Bulla, vel Priuilegio; quæ consuetudo rationabiliter introducta est; eandem facultatem habet Parrochus. Et quando dicitur in cap. si Episcopus de pœnitentijs, & remission. lib. 6. quòd nulla consuetudine potest introduci vt quis sibi eligat Confessorem sine Superioris sui licentia, intelligitur de expressa, vel tacita. Nota similiter, quod Religiosi cum licentia sui Prælati possunt confiteri cuiuis Sacerdoti, etiam non approbato, sicut poterant ante Concilium Tridentinum, Id enim in hoc nihil mutauit. Sed de hac re vide in materia de Pænitentibus, titulo consideratio Pænitenti circa præceptum confessionis.

Candelabrum de Sacramentis in genere quæst. 9. §. 7. & quæst. 20. & de Confess. quæst. 46. & de attritione per totum, & de contritione quæst. 18. & de Eucharistia quæst. 128. Medina de instruc. Confessorum lib. 1. cap. 14. & cap. 24. §. 1. & cap. 12. §. 2. Toletus de instruct. Sacerdotis lib. 3. capit. 5. & lib. 2. cap. 16. Syluester verbo Confessor 3. §. 4. & verbo contritia §. 1. Sotus 4. distin. 21. quæst. 2. art. 3. & distin. 12. quæst. 1. artic. 4. & dist. 18. quæst. 4. artic. 3. Nauarrus capit. 1. num. 44. Victoria de Sacramentis, tit. de Baptismo quæst. 29. & de confessione quæst. 135. & quæst. 158. & de contritione quæst. 116. Frater Augustinus Richinus Parisiensis Ordinis Minorum in sermonib. Quadragesimæ feria 2. post quartam Dominicam folio 216. & feria secunda post Dominicam Palmarum folio 332. & feria 6. in Parasceue folio 360. Aphorismi Confessorum, titulo Confessor, & titulo Contritio, & titulo Indulgentia, & titulo Sacramentum. Sanctus Thomas 3. parte quæst. 27. articulo primo.




Consideratio Sacerdotibus, volentibus celebrare.

NOTA, quòd illi, qui nocte proxima peccatum carnis commiserunt, vel pollutionem voluntariam, quamuis cum dolore accedât ad

ad confessionem,& absoluantur, nam per contritionem,& confessionem omnis mortalis culpa tollitur, tamen sunt illa die à celebratione Missæ arcendi,& sæculares à communione, alias esset magna irreuerentia. Sed nota, quòd non esset peccatum mortale in tali casu accedere secluso contemptu, scilicet post confessionem, nihilominus tamen melius esset in tali casu se abstinere ob reuerentiam tanti Sacramenti, nisi aliqua grauis necessitas occurrat. Ratio est, nam qui pollutiones nocturnas patiuntur, etiam sine peccato nullam dantes occasionem ad illam arcentur illa die à cummunione, nisi obligatio intercedat, vel notabilis deuotio, licet non esset istis peccatum communicare, quantò magis expellendi sunt à celebratione Missæ,vel à Communione, qui illa die mortaliter peccauerunt, id est peccatum carnis commisserunt præcipuè cum maior deuotio, & præparatio requirantur ad Missæ celebrationẽ quam ad cõmunionem, por tanto el que es Sacerdote hà de tener patrimonio de que se sustente, o ser religioso para que la necessidad de la elemosina de là Missa no le haga celebrar no estando como se deue.

Syluester verbo Clericus 2. §. 7. & verbo Confessor 1. §. 12. Toletus de instruc. Sacerdotis lib. 2. cap. 1. Candelabrum de confessione q. 28. Sot. in 4. dist. 18. q 4. art. 2. Nauar cap. 4. num. 7. Xuarez 3. p. q. 80. art. 3. Victoria de Sacram. tit. de Eucharistia q. 81. Aphorismi Confessor. tit. de Missa.



Alia consideratio, volentibus celebrare.

SACERDOS, dum satis nouerit ne in peccato accedat ad celebrandum, poterit quotidie celebrare;& isto modo quamuis quotidie celebret redargui non potest; imo laudabilius est quotidie ad Eucharistiam accedere ex suo genere ab eo qui quotidie est paratus, quàm se abstinere; quia Eucharistiæ Sacramentum datum est nobis in cibum ad reficiendas ruinas spiritualis vitæ, quam nostra efficit sensualitas. Secundò, quia ille qui accedit, si sit in gratia consequitur augmentum suæ gratiæ, & remissionem pœnæ suorum peccatorum magis, vel minus, secundum suã maiorem, vel minorem deuotionem, quibus rebus qui non accedit, caret; & ex genere rei deuotio plus ex assumptione crescit, quàm ex abstinentia, quia Diuus Paulus nihil aliud admonet, quàm probet se ipsum homo. Tandem Missam quotidie celebrare est laudabile ab eo qui quotidie est paratus, dummodo per talem quotidie Missæ celebrationem non minuatur reuerentia quam Sacerdos ad tantum Sacramentum tenetur habere; quia si minuatur, in tali casu aliquando est abstiuendum.

Qua-

Quapropter Sacerdos qui cognoſcit ex frequenti celebratione Miſſæ, & aſſumptione huius Sacramenti, quòd feruor charitatis in eo augetur, & reuerentia ad tale Sacramentum non minuitur, quotidie debet celebrare; vel ſaltim frequenter. Si autem ſentiat, quod per multam frequentationem, ideſt quia vt in plurimum celebrat quotidie, quòd reuerentia ad tale Sacramentum minuitur, & feruor charitatis in eo non creſcit; debet interdum à celebratione ſe abſtinere, vt poſtea maiori cum deuotione, & reuerentia accedat. Vnde Diuus Auguſtinus dicit, Quotidie Euchariſtiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero. Sed de hac re vide clarius in materia de Prælatis Religioſorum, tit. Conſideratio quotidie celebrantibus.

NOTA pro declaratione dictorum, quòd ad celebrationem Miſſæ, vel Communionem non eſt neceſſarium quòd homo habeat certitudinem, quòd ſit in gratia Dei, nam hanc nullus poteſt habere ſine ſpetiali priuilegio, & reuelatione Dei, ſecundum illud Eccleſiaſtici, Neſcit homo an odio, vel amore dignus ſit, ſed ſufficit quòd habeat probabilitatem ad pacandam conſcientiam, quòd non habeat peccatum mortale; qua de cauſa ſi quis crebrò peccaret, & toties legitimè pæniteat, poteſt abſquè reatu mortalis culpæ accedere. Sed nota, quòd frequentia reincidendi in peccatum indicium eſt illud pænitere non eſſe legitimum, ideſt illam pœnitentiam non eſſe ſufficientem, & ideo ex hac parte eſſet peccatum accedere.

Scrutinium Sacerdotale 2. parte de Sacrificio Miſſæ fol. 22. Sotus 4. diſt. 12. q 1. art. 7. & diſt 13. q. 2. art. 1. Medina de inſtruc. Confeſſorum lib. 1. tit. 14. q. 4. Candelabrum de Euchariſtia q. 139.

Conſideratio Sacerdoti poſt Miſſæ celebrationem.

SACERDOS, poſt Miſſæ celebrationem, tenetur agere gratias Deo pro tanto beneficio ab eo recepto; & occupare tempus in ſtudijs literarum; nam ſtudium adiuuat ad contemplationem directè, illuminando intellectum ad conſiderationem diuinorum, in quo debet dirigi ſtudium Eccleſiaſticorum; & ſimiliter indirectè, quia remouet contemplationis pericula, ſcilicet errores, qui ſæpe in contemplatione accidunt his, qui ſcripturas ignorant. El Eſtudio de las diuinas letras es vn paſto marauilloſo de nueſtra Alma, habla Dios en el con noſotros, y noſotros con Dios en la oracion; es refrigerio para la tribulacion, à la qual el hombre eſtà muy ſujeto en eſta vida, ſecundum illud, Quoquo te vertas, omnia plena malis; vbicumq; labor, & dolor. Es el eſtudio de las diuinas letras, donde ſe enſeña la verdad que no es poco conſuelo ſabella, y la virtud; y tambien

es

es el camino del cielo, prouoca al amor de Dios; haze al hombre Angel en sus deseos, y buenas consideraciones. Et similiter studium est necessarium Ecclesiasticis ad illuminandos alios, quia ignorantia est mater cunctorum errorum, & ab omnibus vitanda, præcipuè ab Ecclesiasticis; qui quidem non ordinantur ipsis solis, idest ad vtilitatem suam solum, sed etiã ordinantur ad vtilitatem aliorum; Ordines enim sacri inter alia offitia ad alios docendos, & illuminandos sunt instituti: quapropter in rebus fidei Sæculares ad Sacerdotes tenentur concurrere. Et similiter studium literarum est bonum ad euitandam carnis lasciuiam, & ad auferendam diuitiarum cupiditatem, vel saltim Sacerdos post Missæ celebrationem debet occupare tempus in sanctis colloquijs, exercitiis, laboribus, occupationibus: primò ne ingratus Deo videatur pro tanto beneficio ab eo recepto in illa die; secundò vt idoneus reperiatur, & præparetur ad crastinam celebrationem; tertiò vt præbeat bonum exemplum Sæcularibus sanctæ consuetudinis, quam multi illorum secum habent, scilicet vt in die Communionis illorum se abstineant à ludis, & à verbis otiosis, & vanis, & occupent tempus in gratiarum actione, oratione, & in sanctis exercitijs, laboribus, occupationibus, vel colloquiis rerum spiritualium ne ingrati videantur Deo tanti beneficij ab eo recepti in illo die.

NOTA pro declaratione, quòd Sacerdos malæ conscientiæ qui secundum rei veritatẽ non debebat celebrare, aut causidicus, idest implicatus in negotijs sæcularibus, qui similiter non debebat celebrare nisi in diebus festiuis in quibus est liber à negotiis, vel tempus in otiositate consumens, in verbis otiosis, & vanis, vel in plateis, vel in vijs publicis, vel in officinis vendentium, videndo ludentes, aut vana loquentes, vel in confabulatione Mulierum, quæ omnia simul, & singula sunt valdè periculosa prouocantia potius ad luxuriam, & huius mundi desideria vana, quàm ad amorem Dei, castitatem, & animæ suæ deuotionem, contemplationem, & per consequens talia loca confabulationis, & negotia sunt à Sacerdotibus fugienda, nam qui amat periculum, peribit in illo; in tantum quis est bonus, in quantum tollit occasiones; nihilominus tamen talis Sacerdos libenter quotidie celebrat Missam, idest, Sacerdotes non habentes necessariam deuotionem, & præparationem suæ conscientiæ ad celebrandum, nisi quandam exteriorem, & apparentem, qui secundum rei veritatem non debebant celebrare, quotidie celebrant Missam; & similiter celebrarent duas, si à Sũmo Pontifice haberent licentiam, quia celebrare Missam est parùm laboris. Y quando algunos destes Sacerdotes de poca deuocion, o mala conscientia viene à ser Perlado haze dezir Missa algunas veces à sus subditos mas por fuerça, que de voluntad; contentasse que la digan con tan poca deuocion, o preparacion como el. Sacerdos verò bonæ conscientiæ cùm videat, quòd ad celebrationem Missæ requiratur ratione suæ conscientiæ, & boni exempli aliorum oratio vocalis, vel saltim mentalis, & occupatio temporis in spiritualibus, & in sanctis occupationibus, exercitijs, & laboribus,

ribus,& super omnia requiritur deuotio, castitas, & puritas suæ conscientiæ quando se inuenit distractum in rebus sæcularibus,id est non ea præparatione,& animæ suæ deuotione,& castitate,quæ necessariæ sunt ad Missæ celebrationem,se abstinet à celebratione Missæ. Y este tal, quando viene à ser Perlado nunca haze dezir Missa à sus subditos por fuerça aunque tenga necessidad de las elemosinas de la Missas ninguno estan rico que no aya menester mas de lo que tiene, sino los ruega que la digan si estan aparejados, y con aquella deuocion, castidad que conuiene à la consciencia d'ellos. Finalmente se hà con ellos como Perlado Christiano, y no tirano; quia non ponit difficultatem in celebrando Missam,quæ est parum laboris; sed solum ponit difficultatem ex parte suæ conscientiæ, ne sine necessarijs accedat; nam celebrare Missam,no es como el que và zapar,ò cauar la viña, que no hà menester ninguna preparacion, o consideracion sino solamente tomar la haçada,o la zapa,y caminar. Hà de aduertir el Sacerdote,que mayor deuocion,y preparacion, castidad, y limpieça es necessaria para celebrar que no para comulgar, y si los seculares con gran deuocion,preparacion, consideracion van à comulgar, con mayor ha de ir el Sacerdote à celebrar, por que en las cosas espirituales hà de ser mas perfecto: hà de aduertir tambien el Sacerdote que los seculares sanctos, o deuotos el dia que comulgan se occupan en reçar,y dar gracias à Dios y no osan jugar ni dezir palabras ociosas,ò vanas. Sed de hac re vide clarius in materia de Prælatis religiosorum, titulo consideratio quotidie celebrantibus.

Consideratio Sacerdoti pauperi, circa eleemosynam Missæ.

SED dicet aliquis. An Sacerdos pauper, qui non habet vnde viuat, ratione suæ paupertatis, possit duas eleemosynas accipere pro vna Missa, scilicet in terra, vbi vna eleemosyna solita dari secundum laudabilem consuetudinem Terræ, est ita minima vt non sufficiat Sacerdoti ad suam congruam sustentationem illius diei? Respondetur, quòd non, nisi in extrema necessitate, de qua hic non loquimur, quia peccabit mortaliter,& tenetur ad restitutionem,quia Missa non est ordinata ad sustentationem Sacerdotis;idest Ecclesia non instituit Missam ad alendos Sacerdotes pauperes, sed potius præcipit, vt nullus in Sacerdotem ordinetur nisi prius habeat vnde viuat, & sustentetur. Quapropter qui in paupertate ordinatus est, vel qui spe mendicitatis sacros Ordines suscepit, sibi soli imputetur; idest suam mendicitatem æquo animo ferat; vel si Episcopus eum sine patrimonio ordinauit, tenetur ei de victu prouidere, ne contingat eum mendicare, in opprobrium Ordinis Sacerdotalis: nam sicuti paupertas non dat

facul-

facultatem alicui recipiendi rem alienum inuito Domino, aut vendendi rem carius, quàm valet; ita paupertas Sacerdotis non dat facultatem Sacerdoti, vt duas eleemosynas accipiat pro vna Missa. Quapropter Sacerdos si sit pauper tenetur quærere victum aliqua arte, vel agricultura non contradicente dignitati Ordinis Sacerdotalis. De quo videndus est, Syluester verbo Clericus 3. §. 2. vel fideles ex misericordia, & pietate debent ei subuenire: ipse verò non potest res alienas iniusto titulo vsurpare.

SECVNDA ratio, propter quam Sacerdotes pauperes non possunt duas eleemosynas accipere pro vna Missa, est, quia Missa gratis est celebranda, Est enim res spiritualis, idest non est res vendibilis, aut emibilis; & Deus iubet, vt gratis celebretur, & detur. Quapropter multi Sacerdotes, religiosi sanctæ vitæ pauperes celebrant Missam gratis, idest nullam volūt eleemosynam accipere pro illa, quamuis gratis illis detur, ad imitationem Beatorum Apostolorum, vt cum maiori puritate, & libertate misteria sancta Dei exerceantur; & Deus, qui passeres alit, solet Ministris suæ Ecclesiæ prouidere absq; tali eleemosyna Missæ, vel saltim Missa ad summum debet celebrari vna eleemosyna solita dari secundum laudabilem consuetudinē Terræ, vel secundum legem Episcopi; aliàs frustrà esset talis laudabilis consuetudo, vel lex Episcopi posita de tanta eleemosyna danda pro celebratione Missæ. Quapropter Sacerdos quamuis sit pauper non potest duas eleemosynas accipere pro vna Missa.

TERTIA ratio, propter quam Sacerdos pauperes non potest duas eleemosynas accipere pro vna Missa, est, quia si Missa consideretur in quantum est Sacramentum, solùm prodest Sacerdoti celebranti existenti in gratia, sumenti tale Sacramentum; nam in tali casu gratiam illi auget; & ex consequenti confert illi charitatem, & alias virtutes, & dimittit illi fomitem ratione sui feruoris charitatis. Si autem Missa consideretur quatenus est Sacrificium, in tali casu similiter non solum prodest pro quibus celebratur existentibus in gratia in isto mundo, vel in purgatorio ad remissionem pœnæ suorum peccatorū; sed etiam prodest ipsi Sacerdoti celebranti existenti in gratia ad remissionem pœnæ soluendæ suorum peccatorum; & per consequens Sacerdos, quamuis sit pauper, non potest duas eleemosynas accipere pro vna Missa; imo debebat esse contentus sola vtilitate magna veniente sibi ex celebratione Missæ, absque eo quod vellet aliquam eleemosynam pro ea.

Nauar. cap. 21. num. 92. Xuarez 3. p. q. 83. art. 6. Henrriquez de Sacrificio Missæ, lib. 9. cap. 22. §. 1. & lib. 9. de Sacr. Ordinis cap. 17. § 7. Toletus de instruct. Sacerd. lib. 2. cap. 8. Sotus 4. distin. 13. quæst. 2. art primo. Syluester verbo Episcopus §. 11. & verbo Clericus §. 20. Ludouicus Lopez de contract. lib. 1. cap. 8. Bartholomeus Angelus dialog. 5. §. 772. Medina de instruct. Confessorum libro 1. capit. 14. §. 20. Candelabrum de Eucharistia quæst. 162.

SED dicet aliquis. Qui Altari seruit, de Altari viuere debet: Et similiter dignus est mercenarius mercede sua? semper fuit licitum stipendium sustẽtationis Ministris Ecclesiæ; Ergo benè potest Sacerdos pauper, quandoquidem seruit Altari dicendo Missam, accipere duas eleemosynas pro vna Missa, vbi vna est ita minima vt non sufficiat ad suam congruam sustentationem illius diei? Respondetur, quòd Sacerdos non seruit solum Altari, dicendo Missam; sed etiam seruit Altari, & Ecclesiæ in multis alijs rebus, scilicet canendo in Choro, dum Officium diuinum, & Missa maior celebrantur; & audiendo confessiones, & administrando Sacramentum Baptismi, Communionis, Matrimonij, & Extremæ vnctionis, & sepeliendo Mortuos, & declarando Populo Euangelium Dei; & exercendo offitium Archidiaconi, Cantoris, Canonici, Curati, Sacristæ; imo Sacerdos in multis alijs seruit Altari, & Ecclesiæ, quàm in dicendo Missam solùm, ideo quãuis sit pauper non potest duas accipere eleemosynas pro vna Missa; nam in multis alijs rebus potest simul seruire Altari, & Ecclesiæ quam in dicendo Missam solùm, ex quibus potest viuere, & accipere stipendium integrum suæ sustentationis, non verò ex celebratione Missæ solùm.

NOTA pro declaratione, quòd si verum esset, quòd Sacerdos pauper possit pro vna Missa accipere duas eleemosynas ad suam congruam sustentationem; sequeretur primò, quòd non esset necessarium ad hoc quòd quis in Sacerdotem ordinetur, vt habeat Patrimonium, aut Beneficium ad suam congruam sustentationem, quod est contra S. Concilium, præcipiens, vt nullus in Sacerdotem ordinetur nisi prius habeat vnde viuat, & sustentetur. Et similiter in iure antiquo habetur, vt nullus in Sacerdotem ordinetur nisi prius habeat vnde viuat, & sustentetur. Secundò sequeretur, quòd omnes pauperes, nihil habentes, vellent esse Sacerdotes ninguno queria ser artesano ni biuir de su trabaxo; & in tali casu Sacerdotes paruipenderentur: Denique daretur occasio omnibus pauperibus que biuen de su trabaxo relinquendi artem suam, vt essent Sacerdotes, hac de causa, & intentione solùm vt cum celebratione vnius Missæ, quæ parum est laboris, manducent. Tertiò sequeretur, quòd non esset necessarium, quòd eleemosyna Missæ per Episcopum taxetur, quæ omnia non sunt rectæ rationi consentanea. Quartò sequeretur, quòd non esset necessarium Sacerdoti pauperi exercere alias actiones ad suam sustentationem, scilicet Cantoris, Sacristæ, Canonici, Diaconi, Confessoris, Prædicatoris, Parrochi, nisi solùm celebrare vnicam Missam; & ideo Sacerdos, quamuis sit pauper, non potest duas eleemosynas accipere pro vna Missa. Quintò sequeretur, quòd nullus Sacerdos vellet sepelire Mortuos ni ser Sacristan, nec canere in Choro, nec prædicare, nec audire confessiones, nec administrare alia Sacramenta, nec docere sacram Scripturam, vel saltim Grammaticam, nec laborare manibus suis in exercitiis, laboribus, & occupationibus non contradicentibus suæ dignitati, si ratione vnius Missæ debeatur illi sua congrua sustentio: & per consequens dicendum est, quòd Sacerdos quamuis pauper

per

per non poteſt ratione celebrationis vnius Miſſæ accipere duas eleemoſynas, quamuis vna, ideſt illa quæ dari ſolet, ſit ita minima, quæ non ſufficiat illi ad ſuam congruam ſuſtentationem illius diei.

NOTA ſecundò pro declaratione, quòd cùm actio ſacrificandi non requirat totum diem, nec maiorem partem illius; ideo videtur, quòd non ſit conueniens vt Sacerdos, propter hoc miniſterium ſacrificandi ſolùm, integrè alatur ab eo, pro quo ſacrificium offert. Patet conſequentia, quia Sacerdos nòn ſolum habet miniſterium celebrãdi, ſed etiam exercet alias actiones, ratione quarum poteſt aliquid ad ſuſtentationem recipere; & ſimiliter Sacerdos, propter hoc miniſterium celebrandi Miſſam non impeditur quin minus alia honeſta via poſſit ad vitam ſuam ſuſtentandam aliquid lucrari, vt habetur cap. Clericus 91. diſtinctione, & in Concilio Carthaginenſi 4. cap. 12. & ideo ex hoc colligitur ratio, ob quam maius ſtipendium taxetur pro ſolemni Miſſa, quàm pro priuata; quia licet neutri debeatur integra ſuſtentatio, ſed quia Sacerdos maius miniſterium exhibet in vna, quam in altera, quapropter ad ſuſtentationem ſuam aliquid amplius percipere poteſt. Eadem ratione dicendum eſt, quòd ſi Sacerdos plures Miſſas vno die celebraret pro vno, plures eleemoſynas poteſt ab eodem recipere; nam licet in tali caſu peccet contra obedientiam Eccleſiæ plures Miſſas celebrando eodem die, tamen ſi pro ſingulis Miſſis ſingulas eleemoſynas accipiat non peccat contra iuſtitiam, & ideo in tali caſu ad nullam tenetur reſtitutionem, quia talia ſacrificia ſunt valida, & habent ſuum effectum ex opere operato, quamuis Sacerdos ſit in peccato.

Xuarez 3. p. q. 83. art. 3.

NOTA tertiò pro declaratione, quòd Sacerdos pauper qualibet eleemoſyna ſolita dari pro Miſſa dicenda debet eſſe contentus, quia vt in plurimum ſufficit ad emendum panem, & vinum quibus ſolis, quinimo paucioribus multi laici, & coniugati, qui ad reddendum debitum vxoribus, & ad alia Matrimonij onera tenentur ſuſtentantur tota die laborantes, quantò magis Sacerdos, qui ab huiuſmodi laboribus eſt abſolutus, & caſtè religiosè tenetur viuere, ratione cuius indiget paucis ad ſuam ſuſtentationem quia caſtitas ieiunio conſeruatur ſplendide verò manducando deperditur, ſecundum illud, ſine Cerere, & Baccho friget Venus. Tiene la caſtidad grande enemiſtad con el vino, por ſer coſa luxurioſa el que quiere guardar caſtidad, y regala ſu cuerpo con buen comer es como el que quiere matar el fuego con aceite. *Nauar. cap. 25. num. 92.*

NOTA quartò, quòd ſi Sacerdos pauper duas eleemoſynas accipiat pro vna Miſſa ab vno volente duas Miſſas, vel à duobus volentibus ſingulis ſuam Miſſam, in tali caſu ſæculares hoc ſcientes ſcandalizantur, & deterrentur à largitione eleemoſynarum pro Miſſis celebrandis ſuorum defunctorum, quod quidem veniret in detrimentum diuini cultus, & viuorum, & mortuorum; & ſimiliter ſcandalizarentur, exiſtimantes Miſſam eſſe rem vendibilem, vel prætio æſtimabilem, & per conſequens Sacerdos

quamuis pauper non poteſt duas eleemoſynas accipere pro vna Miſſa. *Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 1.*

NOTA quintò, quòd ſi Sacerdos pauper duas accipiat eleemoſynas pro vna Miſſa ab vno volente duas Miſſas, non poteſt ſatisfacere illi in conſcientia dicendo vnam ſolam ſecundum opinionem omnium Doctorum, quia talis non vnum, ſed bis ſacrificium repetitum poſtulat. Si verò accipiat duas eleemoſynas à duobus diſtinctis vt ſingulis vnam Miſſam dicat, non poteſt ſatisfacere illis in conſcientia dicendo vnam ſolam, ſecundum cõmunem opinionem ferè omnium Doctorum, quia valor Miſſæ eſt finitus, & ideo ſi in plures diuidatur, minus ſingulis vtilis erit: & quamuis ſecundum aliquos probabile videatur quòd Miſſa pro pluribus dicta tantum valeat quantum ſi pro vno offeratur, quando Sacerdos à multis rogatus vt celebret, & nulli illorum promiſit totam Miſſam, & tantùm pro eis omnibus adhibet affectum, quantum ſi pro vno ſolo diceret, tamen non poteſt poſtea Sacerdos, quando ab aliquo illorum, vel aliquibus accepit quantum decet pro Miſſa dicta, accipere pro eadem Miſſa quidquam ab aliis. Sed de hac re vide inferius, tit. ſequenti; & ſimiliter in materia de Parrochis, tit. conſideratio Parrochis circa Miſſæ valorem, Aphoriſmi Confeſſorum, titulo de Miſſa fol. 369.

NOTA ſextò, quòd quando quis dat Sacerdoti ſuam eleemoſynam, vt pro ſe celebret, intelligit vt habet conſuetudo, vt pro ſe ſolo celebret, & non pro alio ſimul; aliàs non dediſſet ei ſuam eleemoſynam, & talis Sacerdos ſub eadem conditione acceptat illam; & per conſequens, ſi in tali caſu pro alio ſimul celebret, decipit illum, nam tenetur adimplere promiſſum; & ſimiliter Eccleſia iubet celebranti ſatisfacere piæ intentioni petentis Miſſam, & præcipit vt tot, & tales Miſſæ in tali loco dicantur ſecundum intentionem petentis Miſſam; & ideo ſi aliquis Sacerdos promiſit alicui dicere Miſſam de Dominica, aut de Spiritu ſancto, & in tali Eccleſia, vel Altari, vel tali die, non poteſt commutare hoc ad libitum ſuum, quia tenetur obſeruare promiſſum: aliter non ſatisfacit, niſi aliqua rationabilis cauſa interueniat. Quapropter Sacerdos pauper hiis, & aliis multis de cauſis, non poteſt accipere duas eleemoſynas pro vna Miſſa, niſi ſolùm illam, quæ eſt ſolita dari, ſecundum laudabilem conſuetudinem Terræ, vel legem poſitam ab Epiſcopo: vel ſecluſa lege illud, quod à viris prudentibus, Deum timentibus peti, & dari ſolet, nam iſtæ ſunt leges iuſtæ elemoſynæ Miſſæ. Deniquè eleemoſyna Miſſæ non eſt petenda ex his quibus Sacerdos indiget.

NIHILOMINVS tamen Magiſter Cano Ordinis Prædicatorum, Primarius in Studio Salmanticenſi lib. 10. de locis Theologis cap. 13. & alij qui cum eo dicunt, quòd Sacerdos pauper poteſt accipere pro vna Miſſa duas eleemoſynas, vbi vna eſt ita minima, vt non ſufficiat ad ſuam congruam ſuſtentationem illius diei; ideſt, dicunt, quòd poteſt Sacerdos pauper pro celebratione vnius Miſſæ totum illud accipere quod eſt ſibi ne-

ceſſarium

cessarium pro sustentatione illius diei; quòd si vnus illi non dederit, poterit accipere à pluribus, dummodo verè, & realiter non habeat vnde viuat; quantumq; sit necessarium Sacerdoti pro sustentatione illius diei hominis prudentia magis, quàm Theologia indicat, vno tempore, & loco nõ satis erit argenteus vnus; alio tempore, & loco forsitan plus, vel minus necessarium erit.

Sotus lib. 9. de Iustitia q. 6. art. 1. & q. 3. art. 1. & in 4. senten. distin. 13. q. 2. art. 1. Iardin de Summiste 1. p. cap. 206.

NOTA pro declaratione huius opinionis, quòd quamuis talis opinio sit probabilis, & possit obseruari propter auctoritatem tanti Magistri, & aliorum; tamen salua semper ipsorum honesta, & debita reuerentia, contraria opinio securius est tenenda. Ratio est, quia non perdit Sacerdos diues ius, quod habet ad eleemosynam Missæ, ob alterius paupertatem; idest, si Sacerdos ob suam paupertatem potest duas eleemosynas accipere pro vna Missa, idest totum, quod est sibi necessarium pro sustentatione illius diei; cur Sacerdos diues non poterit, quia ipse etiam habet ius viuendi ex Altari cui seruit, sicut Sacerdos pauper? Quòd si pro alia parte sit diues, est per accidens, & nihil impedit quin minus possit vti iure suo; idest, paupertas celebrantis non tollit debitum, idest iustitiam debitam alteri; quapropter si absurdum est dare licentiam Sacerdotibus diuitibus, vt duas eleemosynas accipiant pro vna Missa, vt re vera est, nullum omnino tutum fundamentum videtur, vt talis licentia pauperibus Sacerdotibus tribuatur, quandoquidem Missa non est ordinata ad sustentationem Sacerdotum.

Toletus de instruct. Sacerd. lib. 2. cap. 8. Xuarez 3. p. q. 83. art. 6. Nauar. cap. 25. num. 92.

Secunda consideratio circa eleemosynam Missæ.



NOTA, quòd Sacerdos pauper vel diues potest pro vna Missa accipere totum illud, quod illi voluntariè in eleemosynam datur propter deuotionem dantis, quamuis ex lege iustitiæ non debeatur illi, nisi solum eleemosyna taxata ab Episcopo, nec possit amplius ipse petere, quod quidem est necessarium ad euitanda scandala, & sacrilegia quæ, in exactionibus eleemosynarum pro Missis celebrandis committi possunt. Ratio dictorum est, quia lex iustitiæ non impedit quod gratis datur accipere, nec impedit misericordiæ, aut liberalitatis, vel religionis opus.

NOTA

NOTA secundò, quòd Sacerdos pauper vel diues quamuis habeat ab aliquo Principe totum, quod est sibi necessarium ad suam congruam sustentationem, vt pro illo celebret in quadam sua Capella, vel quamuis habeat eleemosynam solitam dari pro Missa dicenda quotidie in tali Ecclesia, vel quamuis habeat obligationem celebrandi ratione sui Beneficij, potest suscipere ab alijs eleemosynam, idest eleemosynas venientium ad se, & dicentium quòd pro illis celebret in dicta Capella, vel Ecclesia, dummodò singulis dicat, Ego libenter rogabo pro te in Missa, vel in Missis, quam, vel quas celebraturus sum; celebrare verò pro te ego non possum, quia iam habeo stipendium; idest eleemosynam pro celebrando quotidie Missam, vel pro celebrando hodie Missam. Denique Sacerdos debet esse cautus, vt nulli promittat spetialiter Missam, sed dicat singulis, ego rogabo pro te; nam Sacerdos non potest duo stipendia integrè (idest, duas eleemosynas) accipere pro vna Missa: & si plures sæculares, vel vnus, his non obstantibus, dederit illi suam eleemosynam, paruam, vel magnam, hac cōsideratione, vt in ipsa Missa oret pro illo, potest accipere illam, & in tali casu talis Sacerdos satisfacit eadem Missa obligationi, quam habet celebrandi quotidie in sua Capella, vel Ecclesia pro suo stipendio, vel eleemosyna; & similiter satisfacit sæculari illi vel illis, qui dederunt illi eleemosynam, vt in ipsa Missa oret pro illis, scilicet orando pro illis in ipsa Missa. Sed de hac re vide clarius in materia de Parrochis tit. de Parrocho, circa eleemosynam Missæ.

Iardin de Summistę 1. parte cap. 116. Henrriquez de Sacrificio Missę lib. 9. cap. 2. Xuarez 3. p. q. 83. art. 6. Scrutinium Sacerdotale 2. p. tit. de Sacrificio Missæ folio 32.

Consideratio Sacerdoti, circa differentiam Missæ Sanctorum, & Defunctorum.

NOTA, quòd omnes Missæ scilicet de Sanctis, de tempore, & de Requiem sunt eiusdem valoris, & virtutis, scilicet quo ad Sacrificiū, quod quidem est æqualis valoris in omnibus Missis. Sed nota, quòd quantum ad Orationes magis prodest defunctis Missa de Requiem, quàm de Sanctis, quia eius Orationes, & preces sunt ad hoc destinatæ, idest ad ipsarum Animarum liberationem directè fundantur, tàm ex intentione Ecclesiæ, quàm ex intentione propria Sacerdotis celebrantis; & similiter Ecclesia instituit talem Missam pro Mortuis offerendam; & ideo ordinaria lege pro defunctis talis Missa offerri debet. Quapropter Missæ de Requiem sunt magis meritoriæ, & satisfactoriæ pro defunctis, quàm aliæ Missæ de Sanctis, vel de tempore; tamen iste profectus recompensari potest per maiorem deuotionem illius qui Missam celebrat, vel celebrare facit, vel

per

per deuotionem, vel intercessionem Sancti, cuius suffragium in Missa imploratur, Vnde non est bene factum relinquere Missas ordinarias, quæ debent dici pro Missis Mortuorum: vel dicendum est, quòd dicere Missas de aliquo Sancto pro Mortuis non multum differt sed benè deuotio rogantis celebrare Missam, vel Sacerdotis offerentis Sacrificium; ideo consulendum est eis, qui volunt facere celebrare Missas, vt dicant Sacerdoti. Pater, dicatis illam, ad quam habetis maiorem deuotionem; nam ratione deuotionis potest fieri recompensatio. Deniquè obligatus dicere quotidie certam Missam, videlicet pro defunctis potest dicere Missam illius diei, præsertim si sit festum: quod si est duplex, aut totum duplex de illo similiter debet celebrare, & non pro defunctis.

Sanctus Thomas 3. p. q. 71. art. 9. Sotus 4. dist. 45. q. 2. artic. 3. Nauar. lib. 3. consilior. de pœniten. & remission. consil. 37. §. 2. Sylu. verbo Missa §. 3. & verb. suffragium §. 4. Tolet. de instruct. Sacerd. lib. 2. cap. 8. Aphorismi Confessorum, tit. de Missa fol. 371.



BRE-

BREVIS TRACTATVS DE CLERICIS.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonſum de Madrigal natural de la villa Deſcalona, Toletanæ Diœceſis, Ordinis Prædicatorum.

De Proprietatibus, & Virtutibus Clerici.



LERICVS aduertere debet, quòd eſt in ſortem Domini vocatus. Clericus enim dicitur à Cleros græcè, quod latinè ſors dicitur, quia eſt de ſorte Domini. Quapropter Clericus debet mores ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſq; ſuis operationibus nihil in eo inueniatur niſi graue, moderatum, ac religione plenum; leuia delicta, quæ in illo maxima eſſent, tenetur fugere: Deniq; tenetur taliter ſe habere, vt eius actiones cunctis adferant venerationem. Secundò Clericus aduertere debet, quòd Eccleſia Dei maximè deſtruitur quando laici ſunt magis deuoti, compoſiti, honeſti, bene morigerati, quàm Clerici; ideſt, quando laici in ſanctitate, caſtitate, oratione, & deuotione ſunt religioſores, quàm Clerici. Clerici enim debent eſſe mundo mortui: quapropter debent cauere ab omni malo exemplo dando tam in ſuo veſtitu, quàm in ſuis moribus, vita, & loquela; alias non debent eſſe Eccleſiaſtici ratio eſt, quia honor Eccleſiæ multum denigratur per indignos Eccleſiæ Miniſtros. Eſt aduertendum, quòd Clerici, dum malum aliquod exemplum præbent Deum, cuius Miniſtri ſunt, honore debito defraudant, & iuſto Dei iudicio ipſi quoquè ſuo honore defraudantur. El obiſpo ni por ruegos, o fauor no hà de ordenar de prima corona à los hijos de hombres viles, y baxos, lo primero por queſtos por la mayor parte no tienen à quella honrra, modeſtia, religioſitad que conuiene à los que ſon de prima corona, como ſe ve por la eſperientia: nam ruſtica progenies neſcit habere modum; lo ſecundo por queſtos por la mayor parte no ſe ordenan de prima corona por deuocion de la orden quiero dezir no ſe ordenan por deſeo de ſeruir à Dios

y ſer

y ser mas religiosos, y deuotos que todos los de mas que no son de prima corona sino solamente se ordenan por librarse del braço secular: lo terçero por que no tienen patrimonio bastante para sustentarse, y andar bien vestidos como conuiene à los que son por la Yglesia: lo quarto por que los hijos de padres honrrados no quieren ordenarse de prima corona, viendo que se tiene en poco, pues se dà à hijos de hombres viles, mal vestidos, de poca honrra: lo quinto por questos viles depues que se ven ordenados de prima corona procuran à su tiempo con fauor ordenarse de Sacerdotes aunque no tengan las partes necessarias para sello, por que aunque son Sacerdotes no por esso dexan de andar mal vestidos, y de hazer cosas viles, y baxas, y dezir palabras deshonestas, y vanas, y de juntarse con gente vil, y baxa; nam similes similem quærit, & pares cum paribus facillimè congregantur, & quod natura dat nemo negare potest, y aunque anden bien vestidos parecen mal, viendo por otra parte à su padre, madre, o hermano mal vestidos: lo sesto por questos viles no se ordenan por la mayor parte de Sacerdotes principalmente por seruir à Dios, y ser mas castos, religiosos, y sanctos, que todos los de mas que no son Sacerdotes sino solamente se ordenan, lo primero por no trabaxar en el oficio de su padre, lo secundo por biuir vna vida ociosa, la qual ociosidad en ellos es causa de muchos males principalmente de que no se an tan castos como se deue, lo terçero se ordenan por biuir de la lemosna que se dà de la Missa, y de enterrar los muertos, finalmente la limosna de la Missa es causa que algunos hijos de hombres viles procuren con fauor de ser Sacerdotes aunque realmente no tienen à quella honra, y autoridad, y las de mas cosas necessarias que cõuienen para ser Sacerdote el qual es padre de buẽ exemplo de todos, ni tan poco hà de ordenar el obispo de prima corona à los hijos de padres honrrados si son viciosos, o vellacos, sino solamente hà de ordenar à los hijos de padres honrrados, virtuosos mexor es que en la Yglesia de Dios aya pocos ministros buenos hijos de padres honrrados virtuosos, vergoñosos, bien vestidos que dan buen exemplo en su hablar, y no haçen ni dicen cosas viles ni baxas que no que aya muchos, y malos hijos de hombres viles, viciosos, vellacos sin honrra, y sin verguença à secularados que dan mal exemplo en su vestido, y hablar palabras deshonestas, ociosas, y vanas, y modo de proceder, los que han de ser por la Yglesia han de ser los mexores del pueblo, o del casar por que si son de los baxos se tienen en poco las cosas de la Yglesia, y se pierde la deuocion y la reuerencia que se hà de tener à ellas. Sed de hac re vide in materia de Episcopis, titulo de Episcopo circa ordinandos homines viles, & titulo de Episcopo circa ordinandos homines pauperes.

S. Concilium sess. 22. de reform cap. 1. Sylu. verb. Clericus 1. § 1. Speculum peregrinarum quæstion. cap. 8. q. 2. Sotus in 4. distin. 25. q. 1. art. 4. Philippus Diaz in sermonib. Quadragesimæ 4. p. fol. 112. num. 29.

Consideratio Clericis, circa castitatem.



CLERICVS aduertere debet, quòd si sit in sacris constitutus, verbigratia Subdiaconus, tenetur ratione Ordinis sacri castitatem Ordini annexam seruare: id est, tenetur seruare castitatem alio titulo de nouo, & horas Canonicas recitare omni die, quamuis nullum habeat Beneficiũ. Nota, quòd ingresso Choro tardè, sufficit postea sola, quæ iam erant ab aliis recitata supplere; & licet qui ordinatur, tale votum castitatis non exprimat verbis, tamen ex statuto Ecclesiæ ibi includitur. Sed nota pro declaratione, quod multi dicunt, quòd castitas est annexa Ordini sacro ex iure diuino: quapropter ille, qui est in Sacris constitutus, tenetur primò oratione frequenti petere à Deo auxilium pro conseruatione suæ castitatis. Salomon dicebat; Scio, quòd non possum esse continens, nisi Deus dederit: id est, scio, quòd non possum viuere castè nisi Deus me adiuuet. Deniquè ad impetrandum continentiæ domnum, necessaria est oratio; quia Deus tale donum, ordinaria lege, non dat nisi petenti, gran virtud la oracion que libra de la tentacion. Secundò tenetur affliggere carnem suam vigilijs, disciplinis, ieiunijs, rationabiliter factis; nam sicut caro magis conseruatur cum sale, quàm cum sacharo, vel inter rosas; ita castitas conseruatur vigilijs, ieiuniis, disciplinis, asperitatibus; nam splendidè man ducando, aut bibendo, aut regalo, mollitie, blandura, & suauitate deperditur. S. Hieronymus, scribens ad quandã Virginem dicebat. Si Paulus Sanctus, vas electionis castigat corpus suũ, ne reprobus efficiatur, quomodo tu cibis plena de castitate poteris esse secura? An nescis, quòd venter vino abundans facilè expuat in luxuriam. Nota, quòd castitas inimica est vino, quia prouocat ad luxuriam. Deniquè ille qui vult seruare castitatem, & fouet corpus suum comestione, dormitione, mollitia, blandura, regalo, & suauitate, est sicut ille, qui vult recedere à cane, & tribuit illi panem, & simul ignorat quid faciat. Ratio est, quia fouendo corpus suũ fouet vnũ valdè tyrannum contra semetipsum; Corpus enim nostrum est huius naturæ, & conditionis, quòd quantò magis eum fouemus comestione, dormitione, regalo, blandura, tantò magis est inimicus noster, & pugnat contra spiritum, id est tanto magis motiuum incentiuum, vel occasionem concupiscentiæ ei damus. Nota que si de comer, y de beuer, y de dormir no te hartas de la luxuria te apartas. Sed de hac re vide in materia de Religiosis, titulo consideratio Religiosis circa pænitentiam faciendam.

Candelabrum de Sacram. Ordinis q. 4. & de Matrimonio q. 144. Sotus 4. dist. 38. q. 1. art. 1. Dominicus Valtanas lib. de Doctrina Christiana fol. 63. & sequentib.

sequentib. & fol. 242. & sequentib. Aphorismi Confessorum, titulo Hora Canonica.

CASTIGATIO corporis semper fuit necessaria ad castitatem seruandam: ratio est, quia demon accipit carnem nostram vt arma contra nos; idest, Demon carne nostra nos prouocat, & incitat ad malum, idest ad libidinem; quapropter, qui non flagellat illam, videlicet ieiuniis, vigiliis, orationibus, & aliis asperitatibus, sed fouet eam otiositate, comestione, dormitione, regalo, mollitione, blandura, & suauitate, à Demone facilè vincitur; & in tali casu corpus erit victor, & anima nostra victa, & tunc perditur anima, & corpus, nam simul perpetuò condemnabuntur. Si autem anima nostra adiuta fuerit ieiunijs, vigiliis, orationibus, disciplinis, eleemosynis, & aliis bonis operibus; in tali casu victoria erit pro ipsa, & corpus nostrum victum remanebit, & tunc homo lucratur animam suam, & corpus suum, nam simul in æternum Deo gaudebunt. Tandem qui carnem suã diligit, flagellat illam, vt virtutis viam, idest castitatis, honestatis non recuset; qui verò delitiis fouet, aborret illam, & simul ignorat quid faciat. Nota que quanto mas vsares con la carne de piedad, vsarà ella de crueldad.

Stella de vanitate Mundi 2. p. cap. 38. & sequentib. & 3. p. cap. 34. & sequentib. Dominicus Valtanas lib. de Doctr. Christiana fol. 110. & fol 142.

CASTIGATIO corporis non solum est necessaria ad castitatem seruandam, sed etiam ad vitia extirpanda, ratio est, quia ex carne nostra, tanquam ex fonte, omnia peccata oriuntur. Quapropter quanto caro nostra magis debilis fuerit, tantò debiliores erunt passiones, & malæ affectiones ex ea prouenientes; & idcirco qui vult debilitare has passiones, & mala desideria ex carne prouenientia, conuenit ei, vt laboret debilitare carnem, quæ est causa illarum. Deniquè homo mortificando, castigando, seu debilitando carnem suam, scilicet vigiliis, ieiuniis, orationibus quantum valetudo permittit; quod est opus iustitiæ, viuit intra se ipsum pacificè, & quietè sine malis desideriis. Nota quel que biue encarne sin voluntad carnal biue vida angelical, la qual cadauno hà de procurar.

Medina de instruct. Confessorum lib. 2. cap. 13. fol. 242. Melchior de Sancta Cruz 1. p. fol. 18. & 19.

CASTIGATIO corporis est necessaria ad castitatem seruandam; nam in toto tempore, quo durat pugna inimici nostri, & bellum contra nos, semper debemus pugnare, & non dormire si nolumus ab eo vinci; & quia inimicus noster (idest caro nostra) semper pugnat contra spiritum, prouocans ad malum, (idest ad libidinem, & concupiscentiam) vsque ad horam mortis, ideo vsq; ad illam horam tenemur illam flagellare vigiliis, ieiuniis, orationibus, ne ab ea vincamur; considerantes, quòd talis pugna est breuis, nam vita hominis in qua durat talis pugna est breuis, sed est gloriosa victoria huius pugnæ, & multò maior est huius pugnæ beata promissa gloriæ corona. Deniquè non debemus fugere laborem; idest non

O 2 debe-

debemus dimittere nostri corporis castigationem, si volumus ab eo prouocante ad malũ victoriam obtinere, idest, si volumus à malo, idest à vitio concupiscentiæ liberari, & pacem intra nosmetipsos habere, & postea in alia vita à Deo præmiari. Aduertendum est pro declaratione, quòd in homine sunt duæ naturæ, scilicet intellectualis, & sensitiua; & aliquando prima dominatur secundæ, vt patet in nollentibus consentire peccato; aliquando secunda dominatur primæ, vt patet in illis qui consentiunt peccato. Tamen est aduertendum, quòd quamuis quis consentiat peccato; tamen semper remanet in eo aliquid rationis liberum, quo peccator potest recedere, & amplius non consentire appetitui sensitiuo, inuitandi ad malum. Vnde Genesis 3. dicitur. Sub te erit appetitus tuus, scilicet sensitiuus, & tu dominaberis illi. Nota que aunque todo culpa es contra la raçon natural por mucho que vno peque siempre le acusa, y remuer de la conciencia, y la centella de la raçon, y el fin derefis, y la inclinacion al bien no se apaga del todo.

HA de aduertir cadauno, que la carne, y el demonio se juntan todos dos, y se confederan malamente contra nosotros, prouocandonos à los vicios, principalmente à los de la carne, diziendonos que cometamos el peccado que luego tornaremos à ser buenos, sanctos, y castos, en lo qual todos dos mienten. La razon es porque la planta de la nuestra carne es de tan mala raiz, que si vna vez la consentimos en vn vicio, principalmente de la carne, luego el siguiente dia quiere de nueuo tornar à el. Portanto el hombre se hà de guardar de no dexar à la carne, adulterar, fornicar, ni hazer alguna deshonestidad, porque primero podrà morir, que ella pierda el appetito, y deseo de luxuriar.

Oratorio de Religiosos de Fray Antonio de Gueuara Obispo de Mondoñedo cap. 13. fol. 67. Didacus Perez lib. llamado de Gente recogida fol. 38. Dominicus Valtanas de Doctrina Christiana folio 52.

EST aduertendum pro declaratione dictorum primò, quòd vita hominis Christiani nihil aliud est, quàm pugna continua, videlicet contra mundum, diabolum, & carnem. Nullus est enim, qui demonis insidias euadat; & quem ipse tanquam Leo rugiens non circundet, & deuorare procuret. Deniquè vita nostra, dum in hac mundi peregrinatione sumus, non potest esse sine tentatione, scilicet mundi, demonis, & carnis; & ideo arma, quibus contra hos pugnare debemus, debent esse oratio, ieiunium, pœnitentia, & eleemosyna, nè ab eis vincamur; nam hoc est aduertendum, quòd sicut corona non datur euntibus in bellum, nec pugnantibus, sed victoriam obtinentibus; ita non coronabitur in gloria nisi qui legitimè certauerit; id est victoriam mundi, demonis, & carnis obtinuerit. Deniquè non est corona sine victoria, nec victoria sine pugna, nec præmium sine labore: quapropter non debemus fugere laborem, idest non debemus ab oratione, ieiunio, pænitentia, & ab aliis operibus bonis deficere, si volumus victoriã mundi, carnis, & demonis obtinere, & à Deo præmiari in æternum in

æterna

æterna vita; considerantes quòd pugna est breuis; nam vita nostra in qua durat talis pugna est breuis; præmium vero huius pugnæ, quod est gloriæ corona, est æternum. Qui perseuerauit vsque in finem, hic saluus erit. que le hà proueho à judas encomençar bien, y ser Apostol si despues acabo en mal sola la perseuerancia en el bien obrar es hija heredera de Dios, y alcança la corona de la gloria. Nota pro declaratione, quòd Deus dedit homini voluntatem liberam ad bonum, & ad malum, taliter vt non possit cogi ad malum à mundo, diabolo, carne, nec à cœlo si ipse non velit. Et hoc fecit Deus primò, propter honorem hominis; nam maior est honor homini habere liberam voluntatem ad vtrumq; , quàm ad vnum solum. Et quis honor esset iusto adquirere Paradisum, si non haberet liberam voluntatem ad malum; quia non potuisset non saluari? Secundò homo habet liberam voluntatem ad bonum, & ad malum, propter præmium, quod datur mærenti: aliàs si homo non haberet liberam voluntatem ad bonum & ad malum, sequeretur primò, quòd non mereretur Paradisum. Secundò sequeretur, quòd Deus, qui est summa iustitia non puniret peccatores: ergo si eos punit, est, quia fuerunt liberi tam ad bonum, quàm ad malum; quapropter homo dum est in hac vita, orationibus, ieiuniis, eleemosynis, & aliis bonis operibus tenetur se defendere, & liberare à mundo, diabolo, & carne inuitantibus eum ad malum, sed non necessitantibus, no solamente à cadaun viçio puede vençer la raçon sino à todos quantos son el demonio no tiene poder para poder nos danar sino le damos lugar.

Frater Augustinus Richinus Ferrarien. in sermonib. Quadrag. ser. 6. post 2. Domin. fol. 142. & ser. 6 post 5. Domin fol. 302. Melchior de Sancta Cruce lib. primo, fol. 107. & 149. Dominicus Valtanas lib. de Doctrina Christiana folio 273.

EST aduertendum secundò pro declaratione dictorum, quod vita nostra (dum sumus in hac vitæ peregrinatione) est veluti vigilia venturæ festiuitatis; idest, est vigilia consequutionis gloriæ venturæ, quam expectamus post huius mundi breuem vitam: quapropter in hac vita debemus ieiunare, pœnitentiam facere, bona operari, idest totum tempus vitæ nostræ in operibus bonis, & desideriis debemus consumere vt possimus postea, idest post finem vitæ præsentis ad cæleste festum gloriæ peruenire, ad quod tendimus, & iter agimus dum in hac vita sumus; quam ob rem qui in hac vita nolunt pœnitentiam agere, sed abundè epulantur, & gaudent, quasi homines celebrantes festum ante vigiliam, idest quasi homines habentes hunc mundum pro festo, & non pro vigilia venturæ festiuitatis, scilicet gloriæ in vanum acceperunt animam suam, imitantur enim diuitem Epulonem, qui splendidè manducabat, & postea peruenit ad tantam penuriam, vt guttam aquæ habere non potuerit. Deniquè isti in futuro, idest in alia vita, velint nolint, debent fragellari; Sunt sicut (verbigratia) Seruitores Principum, quibus de sero datur modicum candelæ, vt videant ire ad lectum, ipsumq; præparare; qui tamen sæpè consumunt illud ludendo,

do, & postea oportet illos ire ad lectum sine lumine, scilicet in tenebris, palpitando; ita Deus accommodat omnibus hominibus hoc modicum candelæ vitæ præsentis, vt pœnitentia, oratione, & aliis bonis operibus, & desideriis possint ire ad lectum Paradisi; sed multi, (idest peccatores) ignorantes, vel nescientes quid faciant, expendunt hoc modicum candelæ vitæ præsentis, idest hanc vitam in malis vsibus, scilicet vacando ludis, luxuriis, & commessationibus, adeò, quòd sit necessarium illis postea (idest in morte sua) ire ad lectum inferni sine lumine cum tenebris, lectum durissimum, (scilicet infernum) sibi præparare, si buscas deleites en el suelo descuidado andas del cielo, e nel destierro deste mundo en que stamos mas conuiene quello remos, que no que nos deleitemos, bien auenturado aquel que vuiere bien empleado los dias que Dios le hà dado assi como los que quieren alcançar vna cosa questa en alto ponen vn vanco votra cosa solos pies, y puestos en cima della la alcançan an si pongamos los placeres, risas, riqueças deste mundo solos pies alcançaremos la gloria que sta en lo alto.

Guillielmus Pepinus in serm. 1. Quadrag. & super 7. Psalmos pænitentiales psal. 5. lectione 79. Didacus Stella de vanitate mundi 2. p. cap 38. & sequ. & 3. p. cap. 12. & cap. 34. & sequentib. Nauar. 2. p. decreta cap. 25. num. 14. Melchior de Sancta Cruz 1. p. fol. 45. & 109. Dominicus Valtanas de Doctrina Christiana folio 295. de la gloria.

EST aduertendum tertiò, quòd mundani (idest homines amici delitiarum) habent pro labore pœnitentiam, viam cœli; tandem condemnant viam illam, quam nunquã deambulauerunt; vel quia in via Dei, scilicet in pænitentia bonis operibus non perseuerauerunt, sed statim ad suas delitias, & vitia reuerterunt; vel quia nolunt considerare, quòd spirituales diuitiæ, quas Serui Dei accipiunt in asperitate pænitentiæ tantò delitias carnis antecedunt, quantò spiritus carne est præstantior, magis suauis est vna gutta suauitatis spiritus, quàm omnes delitiæ, & huius mundi consolationes; & magis nutrit animam nostram minor consolatio cæli, quàm omnia gaudia simul huius mundi. Deniquè hoc debet esse manifestum omnibus hominibus, scilicet quòd nulla est maior scientia, nulla est maior intelligentia, nulla est maior prudentia, nulla est maior nobilitas, nulla est maior consolatio, lætitia, aut fœlicitas animæ nostræ, quàm pœnitentiam facere de peccatis commissis, & vincere concupiscentiam carnis, & omnia eius mala desideria, & liberare se ipsum à peccato: nam peccatum mortale est estremum malorum, expellit Angelos à cælo, parentes primos à Paradiso, & Pater æternus misit filium suum qui pateretur mortem vt nos à peccato liberaret; per peccatum enim mortale homo perdit gratiam, & amicitiam Dei, & hæreditatem cœli, & omnia bona à se facta, & est debitor pœnæ æternæ, & secundum præsentem iustitiam est in æternum condemnatus; & si in illo instanti moreretur in infernum irrueret, & nulla opera, quantumcumq; bona faciat, sunt meritoria vitæ æternæ, nec satisfactoria

tisfactoria

tisfactoria pro pœnis soluendis suorum peccatorum, & demonis cubile efficitur, & eius potestati traditur, & non potest pro eo Deo satisfacere; nam hæc est miseria hominis, quòd potest homo à Deo recedere per peccatum à se commissum, sed redire ad Deum, idest surgere à peccato non potest sine ipso; idest sine ipsius gratia, & auxilio interius animam mouentis, & inspirantis illi bonum, secundum illud, Sine me nihil potestis facere. Quapropter peccant, qui confidunt se gloriam æternam sine meritis consequuturam, aut meritis sui liberi arbitrii absq; gratia Dei; idest, peccant, qui præsumunt ex operibus suis iustificari, & dignos esse vita æterna sine gratia Dei. Quapropter nulla est maior scientia quam pœnitentiam facere, idest liberare se ipsum à peccato. Sed de hac re vide clarius in materia de Prælatis Religiosorum, tit. de Prælato circa applicationem bonorum spiritualium suorum Religiosorum.

Iacobus de Valen. super psal. Miserere mei fol. 422. Xuarez 3. p. q. 1. art. 2. Candelab. de pœniten. q. 35. & q. 38. & de contritione q. 27. Medina de Instruc. Confessorum lib. 1. cap. 8. & libro 2. cap. 14. Melchior de Sancta Cruz lib. 1. folio 112. & 149.

EST aduertendum quartò, quòd homo in hac vita solum debet delectari, & gaudere principaliter in lætitia suæ bonæ conscientiæ. Plus valet bona conscientia quàm omnia gaudia simul huius mundi; Est enim bona conscientia pignus quod Deus dat suis ulectis in hac vita veri gaudii qđ habebunt in cœlo, qđ nemo tollet ab eis, nisi ipsi per peccatũ voluerint amittere illud. Gaudium verò rerũ huius mundi, scilicet delitiarum, diuitiarum, imperiorum, & aliarum omnium rerum citò transit, fugit, & desinit esse, & non caret aliquo labore, amaritudine, aut scrupulo conscientiæ; cùm nihil in isto mundo tàm dulce reperiatur, quod non habeat secũ partem amaritudinis, & similiter homo potest priuari ab eo, cùm possit priuari dictis rebus à quibus tale gaudium procedit: & quod peius est, quòd quantò quis ea, quæ sunt huius mundi diligit, vel in eis delectatur, & gaudet, vel maiori labore consequitur, tantò magis in amissione illarum, vel separatione ab illis, scilicet in mortis tempore contristatur, & dolet, videndo quòd in tali tempore ea, quæ tanto diligebat, vel labore assequutus est, in æternum tenetur relinquere. Quapropter gaudium bonæ conscientiæ in hac vita homo tenetur quærere, quia semper durat. Qual es el mas alto bien, que mas vale y que mas dura, es tener la consciencia segura sino quieres biuir triste, y desconsolado, biue recatado de no cometer peccado quien tiene seguro goço el que pone deligencia en tener limpia consciencia. Sed de hac re vide clarius in materia de Religiosis, tit. de Monacho solitario consideratio.



Alia

Alia consideratio obseruantibus castitatem.

QVI vult seruare castitatem, tenetur fugere conuersationem Mulierum multis de causis; & similiter Mulier, si castè vult viuere, tenetur fugere conuersationem hominum la muger que quiere ser casta huiga y resista de ver y ser vista; considerans, quod ignis non combureret, quamuis combustibilis sit, nisi esset debita approximatio inter eũ, combustibile: ita se habet commoditas inter homines, & Mulieres, quæ si ablata esset, homo non peccaret, tiene la ocasion tanta fuerça que vence la humana pues Amon forço à su hermana; tandem omnibus compertum esse debet, quòd nullo faciliori modo luxuria vinci potest, quam suarũ occasionum fuga. Ganase honrra en la guerra à los enemigos siguiendo, y de la luxuria huiendo Sanct Paulo con viexos moços justos peccadores vniuersalmente ablando deste vicio. Dice, fugite fornicationẽ, dice huir no resistir à los otros vicios haçer los rostro à la luxuria nadie la espere quando el hombre y la muger de qualquier condicion que sean si entrellos vuiere estreha amistad, y no caierem en peccado alomenos pierderan la honrra, y fama. Secundò qui vult seruare castitatem tenetur fugere conuersationem mulierum considerans, quòd non solum commixtio venerea est peccatum mortale; sed eius desiderium, aspectus, tactus, oscula, loquutio, impudica verba, lasciuiæ historiæ, missio literarum, munerum conuersatio, & similiter affectus ad mulieres, vel viros, cùm fuerint ex libidine, vel amore carnali luxuriæ, omnia sunt peccata mortalia, & quolibet illorum de per se, si in diuersis temporibus fiat; & similiter velle carnaliter amari à muliere, vel à viro, vel facere aliquid propter hoc, & multò magis gloriari de his. Videant igitur, qui habent amicas, vel deuotas, propter quod sæpè quòd possunt visitant illas aut procurant videre illas, quot peccata mortalia committant, etiam si non addant alias turpitudines verborum, vel actionum. Tertiò qui vult seruare castitatem tenetur fugere conuersationem mulierum considerans, quòd sicut ex visu pulchri viri inardescit concupiscentia mulieris; ita ex visu pulchræ Mulieris inardescit, & crescit concupiscentia viri, sicut contingit Dauidi, qui peccauit cum Bersabet (vt habetur 2. Regum, cap. 2.) nam visa eius pulchritudine incidit in eius concupiscentiam; Quapropter ipse postquam ad Dominum per pœnitentiam reddidit, tanquam deinceps cautior factus orabat ipsum Dominum, dicens, Auerte oculos meos, ne videam vanitatem in via tua viuifica me, quapropter his, & aliis de causis mulieris conuersatio est fugienda ab obseruantibus castitatem.

ADVERTENDVM est primò, quòd pulchritudo mulieris est peior igne; nam ignis solùm ex loco propinquo calefacit, & comburit; pulchritudo

tudo verò mulieris non solum comburit ex loco propinquo, sed longinquo cōcremat, el fuego des decerca quema, y el rostro ques alongado den delexo hà abrasado; est enim pulchritudo mulieris fraus tacita, & muta, nā absq; loquela hominum corda decipit, & simul est vana quasi flos absq; substantia nam citò euanescit, & desinit esse, scilicet dolore, ætate, aut quolibet alio accidenti, assi como el Sol la flor marchita assi acaba la hermosura vna breue calentura que es en la muger la hermosura vn tirano que poco dura a la hermosura acompaña la soberuia con el gusto con crecida pompa, y fausto. Deniquè aspectus mulieris pulchræ est fugiendus ab obseruantibus castitatem; nam si non te necessitat ad libidinem, tamen mouet mentem ad illam. Assi como la Onça animal hermoso, y apazible à la vista trae à si con la hermosura, y variedad de sus colores muchos animales, y despues de allegados à ella los muerde, y mata: assi la hermòsura de la muger con la variedad de sus porporcionadas faciones, gentil disposicion de cuerpo, y suaue conuersacion trae à si los ojos de muchos; à los quales despues los hiere, y mata, y destruye alla dentro en su coraçon, prouocandolos interiormente à su amor deshonesto. Es de considerar, que la hermosura de la muger no es mala, antes es vn biē de naturaleza, si se vsa biē d'ella, que mueue à loar à Dios; empero es occasion grande, y principio de muchos males, y haze à muchos caer en peccado de luxuria, y deshonestidad. Y es tambien peligrosa en gran manera en la muger que la tiene por la vanagloria que la sigue, y principalmente sino anda acompañada con la hermosura del Alma que son las virtudes. Nota que no se pecca en ver mugeres no es peccado mirallas sino codiciallas.

ADVERTENDVM est secundò, quòd ille qui vult seruare castitatem, & simul non vult perdere visitationes Mulierum, quamuis habeat bonam intentionem; nihilominus tamen est parum intelligentiæ, & considerationis. Melius est homini obligato ad obseruantiam castitatis haberi pro homine austero, solitario, melancholico, vel inimico prorsus conuersationis mulierum; quia ita conuenit vt sit, quàm in peccatum luxuriæ cadere, scilicet in concupiscentiam fœminarum. Tandem fœlix ille, qui dimittit res periculosas animæ suæ; & contemnit ea, idest conuersationes mulierum quæ possunt mouere illum ad peccandum, idest ad concupiscentiam. Denique debemus tollere inconuenientia paruæ, idest conuersationem, visitationes fæminarum ne cadamus in pericula magna, idest in concupiscentiam illarum, quita las ocasiones, y procura que se despridan las que à peccar recombidan el que no se guarda de lo poco viene à caer nel mucho.

ADVERTENDVM est tertiò, quòd sicut bonum vinum aquæ mixtum quamuis virtutem suam non perdat, nihilominus perdit colorem: ita homo castus, & sanctæ vitæ, quamuis conuersando, vel habitando cum mulieribus, præcipuè consanguineis suis, non perdat suam honestatē, castitatem; tamen perdit suam famam, idest bonum exemplum honestatis, castitatis, & religiositatis, quod ipse omnibus alijs dare tenetur, fugiendo con-

P uersa-

uersationem,& habitationem mulierum,ideſt homo caſtus non debet habitare cum mulieribus; nam maius miraculum eſt tractare cum mulieribus,ideſt dificile eſt,& non comburi ab eis, quàm mittere manum in fornacem ignis,& non comburi ab ipſo igne. Aſſi como el fuego tiene eſta propriedad, que ſi te allegas à el, aunque no te quema, al fin te calienta; Aſſi la conuerſacion, o habitacion de las mugeres aunque no te neceſſiten a la luxuria deshoneſtidad, à lomenos mueuente la mente à ella. Aſſi como vn carbon, aunque no derriba vna Torre, al fin la entizina: aſſi la muger, ſino derriba con ſu conuerſacion,o habitacion, o viſta al hombre honeſto,caſto,alomenos amanzillale el coraçon,y dexale laſtimado, y cō dolor de ſu amor deshoneſto. Aſſi como la leña por verde que ſea ſi eſtà mucho tiempo el fuego ſe enciende y ſe quema: aſſi vna perſona per honeſta que ſea ſi perſeuera en la conuerſacion, o habitacion de mugeres, aunque ſean ſus parientas en terçero, o quarto grado, o aunque ſean ſus cuñadas ſe viene à encender en amor deshoneſto acerca dellas en ſu luxuria,y deshoneſtidad. Aſſi como las manos por blancas que ſean tratando entre carbones ſe entiznan,aſſi por honeſto, caſto que vno ſea habitando con mugeres ſe viene à entiznar dellas,quiero dezir viene à poner macula en ſu vida,honeſtidad acerca de los vezinos, y de aquellos que lo ſaben. Aſſi como la candela pueſta en la pared aunque no la quema la calienta y hahuma, aſſi el caſto habitando con mugeres ſe enciende en ſu amor,y viene tener mal odor quiero dezir mala fama. Por tanto aſſi como vno echa à huir de ſu caſa, y de ſu cōmodidad por la ſalud de ſu cuerpo,y ſe và à viuir à otra parte aunque le cueſte mucho trabajo;aſſi el hombre caſto,y honeſto por la ſalud de ſu alma,y quietud de ſu conſciencia,y de ſu eſpiritu, hà de huir en quanto pudiere de querer habitar donde ay mugeres,aunque ſean ſus parientas, y aunque le cueſte mucho trabajo diciendo conſigo miſmo vale mas la quietud de mi conſciencia, y librarme de peccado que quanto hai en el mundo han de notar los deshoneſtos que las roſas de la luxuria aunque pareçen perfectas tienē grandes eſpinas ſecretas. vna muger dixo à vn gentil hombre dame tanto, y hehate conmigo, y el gentilhombre reſpondio no quiero io por mi dinero comprar vna coſa que deſpues de hauella heha me hà de dar pena, y me tengo de arepentir.

ADVERTENDVM eſt quartò,quòd ille qui eſt ſanguineus, ideſt procliuis,vel inclinatus ad libidinem,vel eſt deuotus mulierum; ideſt gaudet illarum conuerſatione,viſu,vel habitatione,iſtæ talis maiorem cauſam habet ducendi vxorem, quàm recipiendi Ordines ſacros. Sed nota, quòd aliquo reſpectu proderit illi ingreſſus religionis, per quem tollitur occaſio conuerſandi cum mulieribus,quod multùm valet ad caſtitatem ſeruandā. Ratio huius veritatis eſt,nam qui recipit Ordines ſacros debet ſeruare caſtitatem,ideſt debet eſſe à re vxoria valdè alienus,& ſeparatus. Quapropter,qui eſt deuotus mulierum,ideſt inclinatus ad libidinem,non debet ordinari

dinari Ordinibus sacris; nam non est deuotus Dei, nec amicus castitatis, volo dicere, que el que es deuoto, o amigo de mugeres quiero dezir el que no es amigo de la castidad, y honestidad, no ha de querer ser por la Iglesia.

Dominicus Valtanas lib. de Doctrina Christ. fol. 6. & 49. & fol. 64. & fol. 246. Nauarrus lib. 3. consil. de Regularibus consil. 4. Philippus Diaz in sermonib. Quadrag. fol. 380. num. 12. Sylu. verb. Delectatio per totum. Hector Pinctus lib. de la vida Christiana dialogo de la verdadera Philosophia per totum; & 2. p. dialogorum, dialogo 5. cap. 3. & sequentib. Sotus 4. distin. 38. q. 1. art. 1. Stella de vanitate Mundi 2. p. cap. 38. Candelabrum de Sacram. Ordinis, q. 39. & de irregularitate bigamiæ q. 19. Pedraza in sua Summa fol. 107. Melchior de Sancta Crux lib. 1. fol. 119. & 147.

SED dicet aliquis. Quare Ecclesia Dei posuit præceptum de seruanda castitate habentibus Ordinem sacrum? Respondetur, multis de causis. Primò, propter similitudinem subeundam cum capite: Fuit primus Sacerdos Christus Dominus noster, qui continens fuit, debuerunt tali Sacerdotio fungentes, ipsum imitari, Virgines enim sunt Deo magis similes propter eorum puritatem. Secundò, Ecclesia in impositione huius præcepti ab Apostolis edocta fuit. Tertiò, ex visceribus namq; Euangelii sancta hæc constitutio deducta est; vt sacri Ecclesiæ Ministri à re vxoria alienissimi esse debeant. Quartò, quia Ecclesiastici tenentur Deum laudare, & pro Populo orare, nam ad hoc dedicati sunt per Sacrorum ordinum receptionem inter alios homines, qui propter suas occupationes in temporalibus id facere non possunt; & ideo debent esse Dei familiares, vt ea, quæ pro Populo petunt, à Deo assequantur. Quintò, quia Ecclesiastici tenentur Patres pauperum esse, & præcæteris honorari; quæ omnia matrimoniali vsu interueniente non possunt, vt decet exercere; idest omnia ista ex diametro matrimoniali consortio aduersantur. Vide Doctores inferius.

Consideratio Ecclesiasticis, circa pauperes.

ECCLESIASTICI debent esse Patres pauperum, multis de causis. Primò, quia non debent thesaurizare quandoquidem carent filiis, & vxore; quibus Beatus Paulus dixit, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus; vita est breuis, & sicut in hunc mundum nihil attulimus, ita nec ab eo aliquid auferre possumus. Secundò Ecclesiastici debent esse Patres pauperum; quia non possunt facere sumptus excessiuos, & magnos sine peccato; nam redditus illorum sunt sudores pauperum, & patrimonium Domini nostri Iesu Christi crucifixi; aliàs nulla esset differentia inter Clericos, & Laicos, & inter bona Ecclesiasticorum, & Laicorum; Et ideo optimè iure dicitur, Quidquid habent Clerici, pauperum est: Quapropter domus eorum omnibus debet

P 2 esse

esse communis, videlicet quoad pauperes indigentes, & peregrinos. Tertiò Ecclesiastici debent esse Patres pauperum; quia antiqui, videntes charitatem Ecclesiasticorum erga pauperes; idest, videntes, quòd Ecclesiastici erant verè Patres pauperum, relinquebant prædia, possessiones, & bona sua Ecclesijs; considerantes, non solùm hoc in obsequium Dei fieri, Sed quia intelligebant, & pro certo habebant fructus suorum prædiorum, possessionum, & bonorum distribuendos esse inter Ecclesiasticos Ministros Ecclesiæ, & pauperes, & indigentes solùm, non verò inter alios; aliàs non finerent prædia, possessiones, & bona sua Ecclesijs, sed suis consanguineis, amicis, vel pauperibus. Quartò Ecclesiastici tenentur esse Patres pauperum, quia Ecclesiastici tenentur conseruare auctoritatem suam virtutibus & bono exemplo, sanctæ vitæ; Sæculares verò diuitiis, & fausto. Quintò Ecclesiastici tenentur esse Patres pauperum, quia S. Concilium interdicit Ecclesiasticis, vt ex redditibus Ecclesiæ suos consanguineos adaugeant, cùm Apostolorum Canones prohibeant, res Ecclesiæ, quæ Dei sunt, consanguineis donari; sed pauperes sint, eis vt pauperes distribuant.

NOTA pro declaratione dictorum, quòd si Ecclesiastici non deberent castitatem seruare; & similiter non deberent esse Patres pauperum, & similiter non deberent esse religiosiores, & sanctiores omnibus aliis in suis moribus, vita, & loquela, in tali casu quamplurimi (idest, infiniti, & sine numero) vellent esse Ecclesiastici, videlicet Sacerdotes, Canonici, Abbates, Episcopi, & Cardinales; & in tali casu Sacerdotes, Canonici, Abbates, Episcopi, & Cardinales non haberentur in tanto honore, & reuerentia coram populo; & in consequutione talis dignitatis esset magna contentio, dissentio, & perturbatio.

Sotus 4. dist. 13. q. 1. art. 1. Victoria de Sacramentis in genere q. 310. Toletus de instruc. Sacerd. lib. 1. capit. 2. Stella super Lucam cap. 9. Dominicus Valtanas de Doctr. Christ. fol. 228. & fol. 231. & fol. 175. Nauarrus de bonis Canonicis § 51 Fray Luis de Granada en vna oracion que hizo al Infante Henrrique Cardenal de Ebora. Fray Gabriel de Toro lib. de la Misericordia diuina, y humana cap. 26. Sylu. verb. Clericus 4. §. 11. & verb. decimæ.




BRE-

BREVIS TRACTATVS DE POENITENTIBVS.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonsum de Madrigal natural de la villa Descalona, Toletanæ Diœcesis, Ordinis Prædicatorum.

Consideratio Pœnitenti, circa Missam, & Prædicationem.



NVSQVISQVE fidelis vtriusque sexus, sine licentia Parrochi, aut Episcopi, ideſt sua propria auctoritate, poteſt videre Missam, & audire Prædicationem in Dominicis, & festis diebus nō solum in Ecclesia Religiosorum, vbi quampluri-mas Indulgentias, & gratias à Summis Pontificibus Romæ concessas, consequuntur, videntes in illis Missam, vel audientes Prædicationem, sed in qualibet alia Ecclesia, vel Capella, ideſt vbicumque voluerit, quamuis non sit eius Parrochia, & satisfacit præcepto Ecclesiæ de videndo Missam, quamuis videat Missam de Mortuis, vel quamlibet aliam Missam, & non Missam ipsius festi ex congruitate, non verò de necessitate tenetur quis videre Missam proprii festi. Quòd si Episcopus expresè iubeat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quòd vnusquisq; videat Missam, vel audiat Prædicationem in Dominicis, & festis diebus in suis Parrochiis (nam in aliis diebus nullus tenetur videre Missam de præcepto, sed de consilio) talis excommunicatio nihil valet, & ideo nō est timenda, quia est iniusta; imo Episcopus peccat hoc faciendo. Ratio huius veritatis est, quia facit contra consuetudinem antiquam omnium Christianorum, quæ quidem est, vt vnusquisq; videat Missam, & audiat Prædicationem in Dominicis, & festis diebus, vbicumq; voluerit, y a la hora que quisiere, o pudiere, paraque con mayor deuocion se encomiende à Dios: & talis consuetudo habet vim legis; & non poteſt tolli, nisi per Superiorem, scilicet per Summum Pontificem Romæ: & S. Concilium Tridentinum non dicit contra hoc. Deniquè Episcopus non poteſt cogere ad audiendam Missam, aut prædicationem in Parrochia, aut ad audiendam

dam ibi Doctrinam Christianam ex Congregatione Concilij; & satisfacit Ecclesiæ præcepto, qui incipit Missam audire ab Epistola, & secundum aliquos ab Euangelio vsque ad communionem; & similiter qui præsens est, etiam si non audiat, modò reuerenter attendat; & qui partem vnius Missæ audit, aut videt, & reliquam alterius; & qui audiens Missam simul recitat officium, aut pœnitentiam sibi datam, tamen id quidam non admittunt. Sufficit in festo Natiuitatis audire, aut videre vnam Missam solam. Sed in qua ætate pueri teneantur audire Missam in Dominicis, & festis diebus, vide in materia de Parrochis in fine, tit. Consideratio Parrocho, circa Pueros.

Medina de instruct. Confess. lib. 1. cap. 14. §. 40. Sylu. verb. Missa 2. §. 4. & 5. Xuarez 3. p. q 83. art. 6. Nauar. cap. 25. num. 5. Aphorismi Confessorum, tit. Missæ auditio fol. 372.

Considerutio Poenitenti, circa praeceptum Confessionis.

NVLLVS ante vsum rationis potest accedere ad Sacramentum confessionis, nisi solùm vt instruatur quomodo in tempore suo debeat confiteri. Præceptum enim confessionis obligat solùm omnem fidelem vtriusq; sexus, qui est doli capax, idest quando peruenit ad annos discretionis, & ad vsum rationis, quando videlicet iam peccare contingit, & hoc in septimo anno, vt in plurimum contingit, quamuis in foro animæ nonnulli ante septennium aliquando sunt doli capaces, & possunt peccare. Deniquè in septennio, omnes tenentur confiteri semel in anno sua peccata mortalia actualia à se commissa post Baptismum, & mortales circumstantias, idest infinitè aggrauantes; videlicet tenetur confiteri suo Parrocho, vel de licentia illius, vel sui Episcopi, vel Papæ cuilibet Confessori exposito ab Ordinario ilius diœcesis, vel aliarum. Sed de hac re vide clarius in materia de Parrochis, tit. de Parrocho, circa licentiam concedendam suis Subditis confitendi.

NOTA pro declaratione, quòd sine licentia Parrochi vnusquisquè fidelis vtriusquè sexus potest confiteri sua peccata toties, quoties voluerit Religiosis expositis ab Ordinario, quia Religiosi habent priuilegium à Papa, qui quidem est proprius Parrochus omnium Christianorum, vt qui illis confitetur perinde satisfaciant præcepto Ecclesiæ de confitendo semel in anno, ac si proprio Parrocho confiterentur. Deniquè Religiosi expositi ab Ordinario loci possunt audire confessiones omnium de sua diœcesi, pro qua sunt expositi, etiam contra voluntatem Parrochi. Est enim aduertendum, quòd Parrochus non potest audire confessiones omnium de sua diœcesi sine licentia Episcopi, sed tantum confessiones suorum Parrochianorum;

rum;sed tamen benè potest dare licentiam suis Parrochianis,vt confitean tur aliis Confessoribus expositis ab Ordinario illius diæcesis, vel aliarum.

NOTA secundò pro declaratione,quòd quamuis verum sit,quòd Religiosi expositi ab Ordinario possint audire confessiones quorumcumq; & vndecumq; ad se venientium,tamen non possunt audire confessiones Religiosorum aliarum Religionum; quia generalis concessio intelligitur seclusso præiuditio alterius Religionis,nisi ipsi Religiosi habeant licentiam à suo Prælato confitendi cui voluerint Confessori. Sed de hac re vide clarius in materia de Parrochis,tit. de Parrocho, circa licentiam concedendam suis Subditis confitendi. Vide Doctores infra citatos.

Consideratio Poenitenti,circa tempus Anni ad confitendum.

NOTA pro declaratione tituli,quòd non est tempus in anno determinatum ab Ecclesia confitendi, dummodo semel in anno confessio fiat; idest sufficit vt confessio fiat in quolibet die anni ad tale præceptũ Ecclesiæ obseruandum de confitendo semel in anno. Et nota, quòd tale præceptum Ecclesiæ obligat habentes peccatum mortale;quapropter qui solùm habet peccata venialia non tenetur confiteri semel in anno, si non vult,quia venialia non sunt de necessitate confitenda. Ex dictis colligitur, quòd si quis habens peccatum mortale, ante Quadragesimam confiteatur,in tali casu non tenetur in Quadragesimæ, nec in toto illo anno confiteri vsquè ad annum sequentem;quia præceptum Ecclesiæ confitendi semel in anno,non obligat in Paschatæ Resurrectionis, sed sufficit vt fiat in quolibet tempore anni. Sed est aduertendum,quòd si quis teneatur communicari in Paschatæ Resurrectionis,in qua est præceptum communicandi,in tali casu tenetur cõfiteri si habeat peccatum mortale. Ratio est, quia communio requirit de necessitate non solum contritionem,sed etiam cõfessionem in habentibus peccatum mortale: Si verò non habeat peccatũ mortale, vel si solum habeat venialia, quæ non sunt de necessitate confitenda, sed de consilio sufficit vt se præsentet Parrocho suo, dicens se esse absolutum,vel nihil habere necessarium,dicendum, & Parrochus tenetur ei credere; & ita poterit sine confessione communicare in Paschatæ Resurrectionis. Sed nota,quòd si quis,post communionem,recordetur se in confessione præcedenti oblitum fuisse aliquod peccatum mortale, non tenetur illud eodem anno confiteri,si non vult,sed potest expectare aliam Quadragesimam; & similiter potest differri confessio vltra tempus præcepti de sententia Confessoris,aut ex iusta aliqua causa.

NOTA pro declaratione, quòd quamuis ex præcepto Ecclesiæ nullus teneatur confiteri nisi semel in anno, idest in quolibet die anni, tamen de iure Diuino omnes tenentur confiteri in aliis temporibus,

scilicet

ſcilicet in periculo mortis, tam ratione infirmitatis, quàm alterius cauſæ extrinſicæ: vt ſi (verbigratia) ſe conferat in bellum, vel ſi habeat pertranſire, & nauigare mare periculoſum, vel locum inimicorum; vel ſi habeat inimicos quærentes illum occidere; vel ſi ſolet habere partum difficilem; & ſecundum aliquos, cùm quis febri continua laborat, aut in ætate eſt provectus, deniq; iudicio boni viri relinquitur iudicandum iudicium de periculo mortis. Ideo excuſantur à peccato, quamuis non confiteantur mare ingrediẽtes, & fœminæ partui proximæ, & agitantes Tauros, y tambien los que juegan cañas, y torneos à pie, o à cauallo, quamuis ex his aliquando mors ſequatur: Deniq; nullus ante iſta exercitia tenetur confiteri: ſecundò vnuſquiſq; tenetur confiteri, quando fecit votum confitendi in diebus Beatæ Mariæ Virginis, vel in aliis diebus feſtiuis, vel ſemel in menſe, quia tunc tenetur confiteri non ratione alicuius legis, ſed ratione ſui voti facti. Tertiò ſimiliter tenetur quis confiteri, quando Confeſſor dedit ei in pœnitentiam, ſcilicet in remedium ſuorum peccatorum, vt confiteatur (verbigratia) ſemel in menſe.

Sotus in 4 diſt. 18. q. 4. art. 3. & 4. Syluest. verb. Confeſſor 2. §. 1. & 4. & verb. Confeſſor 1. §. 4. Toletus de inſtruc. Sacerd. lib. 2. cap. 17. & lib. 8. capit. 20. Candelabrum de Confeſſ. q. 4. & 8. & 12. & 49. & de abſolut. q. 22. & 36. & 60. Medina de inſtruct. Confeſſor. lib. 1. cap. 2. & 14. §. 43. Victoria de Sacramen. tit. de confeſſione q. 138. & q. 150. Scrutinium Sacerd. 2 p. de viſit. Epiſcopi fol. 9. Flores Theolog quæſtionum 1. p. fol. 364. Corduba q. 60. Deciſiones aureæ lib. 1. cap. 9. §. 8. & lib. 2. cap. 27. §. 33. Pedraza fol. 122. Aphoriſmi Confeſſorum, tit. de confeſſione fol. 68. & tit Mortis articulus fol. 375.

Conſideratio Pœnitenti, circa integritatem Confeſſionis.

POENITENS aduertere debet, quòd quamuis verum ſit, quòd confeſſio debet eſſe integra omnium peccatorum, de quibus Pœnitens recordatus fuerit cum debitis ſuis circunſtantiis, (vt dictum eſt in materia de Confeſſoribus, tit. Conſideratio Confeſſori, circa interrogationes faciendas in confeſſione) tamen circa hoc ſunt conſideranda pro declaratione nonnulla documenta. Primum eſt, quòd Sacerdos ſi quando confitetur peccata ſua non poteſt aliquod peccatum à ſe commiſſum confiteri ſine reuelatione confeſſionis alterius Pœnitentis ſibi facta, in tali caſu debet illud tacere, & alia peccata confiteri. Verbigratia Sacerdos peccauit mortaliter abſoluendo Epiſcopum ſimoniacum, & non poteſt tale peccatum confiteri niſi alij Sacerdoti, qui audiendo tale peccatum, ſcilicet quod abſoluit Epiſcopum ſimoniacum faciliter veniet in cognitionem talis Epiſcopi: in tali caſu talis Sacerdos non tenetur pro tunc tale peccatum

tum confiteri, quia reuelaret quodammodo indirectè peccatum in confessione sibi dictum, quòd non licet, & quia respectu talis peccati non habet Sacerdotis sufficientis copiam, sed potest differre confessionem, vel de aliis peccatis confiteri omisso illo, vsque inueniat Confessorem ignotũ, qui non possit cognoscere Episcopum, quamuis tale peccatum confiteatur; vel tenetur mutare habitum, vel deambulare extra Terram suam, vbi non cognoscatur, & ibi confiteri potest integrè. Idem dicendũ est, quando Sacerdos peccauit absoluendo alium Sacerdotem excommunicatum à qua non poterat: & si tale peccatum confiteatur suo Confessori, scilicet dicendo, quòd peccauit absoluendo vnum Sacerdotem excommunicatum, talis Confessor facilè veniet in cognitionem talis Sacerdotis excommunicati, præcipuè si non sint, nisi tres in illa Terra. Secundum documentum est, quòd Pœnitens quando confitetur, debet similiter tacere illud peccatum, quod si illud confiteatur sibi, vel Confessori, probabile damnum adfert. Verbigratia si Pœnitens contra Confessorem aliquod peccatum commisit, veluti si fratrem Confessoris occultè occidisset, & si Pœnitens in sua confessione confiteretur aliquem occidisse, statim Confessor intelligeret suum fratrem fuisse; vel si Pœnitens cognatam suam carnaliter cognouisset, scilicet vxorem fratris sui quæ filia, vel soror est Confessoris; & si circumstantiam cognationis exprimeret, Confessor statim suam esse filiã, vel sororem suspicaretur, in tali casu Pœnitens tenetur omnia sua peccata confiteri omisso tali peccato, de quo est tale periculum, vel dimissa illa circumstantia cognationis cum proposito postea confitendi tale peccatum; vel circumstantiam cùm primum poterit absquè aliquo periculo. Ratio est, nam quamuis confessio, & eius integritas sit de iure Diuino à Christo Domino instituta; tamen clementissimus Deus neminem ad illam obligat cum graui suo periculo; & quia talis confessio, quamuis pro tunc non sit integra, tamen hoc non prouenit ex intentione vel ex parte Pœnitentis, sed per accidens, scilicet ex carentia Confessoris idonei. Denique dicendum est pro maiori declaratione dictorum, quòd quando Pœnitens habet plura peccata, reseruata, vel non reseruata, & aliqua sunt periculosa sibi, vel alteri si illa confiteatur suo Confessori, vel Prælato, qui facultatem renuit confitendi alteri Confessori, nec est accessus ad Superiorem, vel ad alium Confessorem; & pro alia parte non licet confiteri tali Confessori, vel quia est reuelator confessionis, vel veniet mihi aut alteri aliquod malum confitendo integrè ipsi, in tali casu possum confiteri illa peccata illi, quæ sine meo periculo possum, tacendo quæ periculosa sunt mihi, vel alteri, quandoquidem per me non stat quòd omnia non confitear; sed sublato impedimento, teneor integrè confiteri. Sed nota, quòd in tempore mortis possunt confiteri ea quæ periculosa sunt mihi, quandoquidem per mortem iam cessat mihi tale periculum non verò ea quæ sunt periculosa alteri. Sed est aduertendum pro declaratione, quod quando confessio nõ est sub præcepto, in tali casu nullus tenetur confiteri sua peccata si non po-

test omnia peccata sua confiteri integrè cum debitis suis circumstantiis; nam nullus à confessione integra excusatur, nisi in casu necessitatis. Sed de hac re vide clarius in materia de Episcopis, tit. Consideratio Episcopis circa concedendos suos casus reseruatos.

Sotus in 4. distin. 18. q. 2. art. 5. Caietanus verbo conditiones confessionis §. Decima conditio, & §. Tertia conditio, & verb. Confessio Sacramentalis; Decisiones aur. lib. 1. cap. 18. & cap. 20. & cap. 34. & cap. 12. Nauar. cap. 7. num. 6. Corduba q. 1.

Consideratio Poenitenti, circa necessitatem confessionis.

CONFESSIO est ita necessaria omnibus illis, qui post Baptismum peccatum mortale commiserunt, vt sine illa nullus possit saluari; id est nullus post peccatum commissum post baptismum potest saluari absq; eo quòd pœniteat, & confiteatur in re, vel in voto, secundum legem ordinariam Dei. Vnde sequitur, quòd ille, qui dolet de peccato commisso cū proposito confitendi si possit assequitur gratiam, & saluatur, quia sufficit confessio in voto quando in re haberi non potest, vel quia non potest haberi copia Confessoris. Nota quòd potentia Dei cum sit infinita non est allegata Sacramentis taliter, quod si vellet non posset absoluere à peccatis absolute sine Sacramentis, quia Superiorem non habet, propterea Sacramenta dicuntur causa sine qua peccata ordinariè non remittuntur adeo, sed non sunt causa necessaria sine qua non posset Deus absolute remittere peccata si vult.

Thomas Eliseus de Arcanis Religionis Christianæ, tit. de articulis fidei fol. 173

Consideratio Poenitenti, circa virtutem confessionis.

SACRAMENTVM confessionis primò tollit culpam quā sublata peccator reddit in gratiam, & amicitiam Dei, secundò liberat à morte æterna, tertiò confert gratiam habenti perfectam dispositionem ad receptionem illius, scilicet contritionem, vel saltim attritionem, & similiter auget illam habenti, quartò commutat pœnam æternam debitam peccato mortali in temporalem, maiorem, vel minorem, iuxta dispositionem recipientis tale Sacramentum, & interdum nullam pœnam relinquit si accedat vehemens contritio, quia directè Sacramentum confessionis non est institutum ad tollendam pœnam peccatis debitam, nihilominus tollit pænam

nam magis,vel minus,secundum qualitatem contritionis confitentis.Tandem hæc est conclusio vera,quòd in Sacramento Pœnitentiæ potest remitti tota temporalis pæna simul cum culpa , quintò aperit portam Paradisi , quia per hoc Sacramentum remouentur impedimenta introitus nempe pæna, & culpa, & omnia ista causantur ex vi absolutionis. Sed de hac re vide clarius in materia de Sacerdotibus,tit.Consideratio Sacerdoti, circa cōfessionem ante Missæ celebrationem in medio illius tituli, vel capituli.

SED dicet aliquis. Quare Christus Dominus noster ,quandoquidem satisfecit de rigore iustitiæ erat enim Deus,& homo non solum pro culpa omnium nostrorum peccatorum,sed etiam pro pœna illorum, deniq; maior fuit solutio quàm debitum ; quandoquidem non solum vna gutta sanguinis illius,sed minimus labor ex his,quos passus est,infiniti fuit valoris,& meriti,quia erat suppositi infiniti , & grati Deo ; idest , fuit sufficiens ad satisfaciendum pro infinitis mundis radix satisfactionis fuit suppositum diuinum ; vult,vt per merita suæ Passionis , applicata fidelibus in Sacramento confessionis dignè recepto , vt tota culpa nostrorum peccatorum per illius receptionem remittatur semper; & pæna illorum, quæ erat æterna, commutetur semper in pænam temporalem ; tamen non vult vt talis pæna temporalis in totum remittatur,sed aliqua pars remittatur ; altera verò maneat soluenda in hac vita,vel in Purgatorio ante ingressum gloriæ? Rèspondetur,vt talis pæna temporalis soluenda in hac vita,vel in Purgatorio separaret nos à peccato, quandoquidem realiter est soluenda in hac vita, vel in alia.

SED dicet aliquis. An inter Christum,& Patrem æternum fuerit propria,& perfecta iustitia? Respondetur,quòd sic,cùm Christus fuerit verus Deus,& verus homo. Sufficit enim fuisse in eo realē distinctionem duarū naturarum,sūn quas satisfaciebat,& recipiebat satisfactionem;satisfaciebat enim patiendo,& patiebatur secundum naturam humanam,& secundum illam satisfaciebat,& recipiebat illam satisfactionem vt offensus, offensus verò erat secundum naturam diuinam; quæ distinctio naturarum in Christo est sufficiens ad veram rationem iustitiæ. Et similiter dicimus, quòd Christus Dominus noster in quantum homo orat pro nobis, in quantum Deus misereretur nobis.

Sanctus Thomas 3.p.q.85. art. 6. Toletus de instruct. Sacerdotis lib.3. cap. 20. & 21. Xuarez 3.p.q.83. art.1. Candelabrum de Penitentia q.36. Syluest. verb. Confessor 2. § 6. Sotus in 4. distin. 21. q 1. art.1. & distin.1. q 3. art.1. Manuel Rodriquez de explan. Bullæ cruciatæ fol.4. Medina de instruc.Confessorum lib.1. cap.3. Dominicus Valtanas de Doctrina Christ. fol.22. F. Augustinus Ricchinus Ferraren. in sermonib. Quadrag. ser.6. post Dom. Palmarū, fol.360 Salon de iustitia q.58. art.1.fol.24. colum.2. & art.2. fol.28. colum.1.



Consideratio Pœnitenti, circa discrimen Sacramenti Confessionis, & Baptismi.

NOTA pro declaratione tituli, quòd Sacramentum Baptismi habet hoc particulare quòd liberat hominem à tota culpa, & pœna omniũ peccatorum suorum commissorum ante Baptismum taliter vt si homo post receptionem debitam illius statim moriatur, & de nouo non committat aliquod peccatum, anima illius euolat in cœlum, & non indiget Sacramento confessionis, nec aliqua absolutione, nec indulgentiis pro suis peccatis etiam grauissimis ratio est, nam quamuis sit institutum contra originale peccatum, sed quia originale non dimittitur sine infusione gratiæ, ideo remittit omnia peccata quantum ad culpam, & pœnam, nam gratia non patitur secum peccatum mortale. Secunda ratio est, quia Sacramentum Baptismi est spiritualis natiuitas, & regeneratio in homine, sicut quando arbor nascitur ex aliquo semine, desinit illud semẽ esse, & incipit aliud esse de nouo; ita homo per Baptismum spiritualiter nascitur in esse spirituali obligans nos obseruare legem Dei, & pugnare contra demonem, & desinit esse homo senex, scilicet filius perditionis, & iræ; idest ex filijs Adæ per Baptismum nos facimus filios adoptiuos Dei, & ita liberat à culpa, & à pœna. Nota similiter, quòd Sacramentum Baptismi habet hoc particulare, quòd si quis baptizetur, verbigratia in actuali peccandi voluntate, sine displicentia illius, vel sine displicentia suorum peccatorum, quæ sit saltim attritio, reputata contritio, quæ necessaria est in adultis de peccatis suis antea commissis ad receptionem Baptismi, secundum illud (Actorum 2.) Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisquè vestrum; quamuis realiter in tali casu non sit baptizandus; & si Sacerdos eum baptizet, peccat mortaliter; tamen si baptizetur, recipit characterem Baptismi, idest manet baptizatus, tamen non recipit gratiam Sacramenti; sed benè postea cùm habeat dolorem de peccatis à se commissis; Deniquè hoc priuilegium habet Baptismus inter alia Sacramenta, scilicet quòd receptus in peccato mortali recedente fictione, idest adueniente contritione, vel saltim debita attritione illius incipit valere. Sacramentum verò confessionis, quamuis semper liberat à tota culpa, idest quamuis remittat culpam, & conferat gratiam, tamen non liberat semper à tota pœna peccatis debitam, ratio est, quia non liberat à peccatis vt regeneratio, sed vt medicina, quæ aliquando sonat perfectè, scilicet quando in recipiente reperitur perfectissima contritio, tunc enim non solum liberat à tota culpa, sed etiam à tota pœna, sicut fuit in Beata Maria Magdalena. Quando verò contritio non est ita perfecta, quamuis liberat à tota culpa, non liberat à tota pœna; idest non tollit totam pœnam; nam per contritionem, & confessionem non

semper

semper tota pœna peccatis debita tollitur; aliàs non esset necessarium Purgatorium; nihilominus tamen tanta potest esse contritio, vt sufficiat ad remittendam totam pœnam, sicut credimus de Beata Maria Magdalena. Nota, quòd ille qui posuit obicem per peccatum Baptismi effectui, debet in tali casu illud postea Sacerdoti confiteri, non autem alia peccata ante Baptismum facta, vel commissa.

Victoria de Sacramentis, tit. de contrit. q. 125. & de Baptismo q. 23. Medina de instruct. Confessorum lib. 2. cap. 11. & lib. 1. cap. 2. §. 1. Syluester verb. Baptismus 6. §. 2. & 3. Candelabrum de Pœnitentia q. 35. & de Baptismo q. 53. & de confessione q. 79. Aphorismi Confessorum tit. de Baptismo fol. 25.

Consideratio Pœnitenti, circa electionem Confessoris.

POENITENS aduertere debet pro declaratione tituli, quod melius, & prudentius faciet confitendo peccata sua Confessori peccatori, vel in concubinatu existenti, quàm Confessori Religioso, & sanctæ vitæ, si ambo sint parati ad confessiones audiendas; si talis Confessor peccator sit doctior, quia in tali casu poterit melius discutere conscientiam illius, & in dubiis declarare illi veritatem; Tandem poterit melius liberare eum ab aliquo errore. Sed est aduertendum, quòd si talis Confessor doctior sit publicus peccator, vel publicus Concubinarius, aut fornicarius, non est eligendus in Confessorem; quia in tali casu talis confessio erit peccatum, ratione scandali; idest, si scandalum sequatur: sicut ille, qui litigat in aliqua curia eligit sibi Aduocatum peritum; & qui ægrotat, vocat Medicum expertum: Ita Pœnitens tenetur quærere Confessorem doctum, maximè cùm quæstio sit de salute Animæ, quæ est præferenda omnibus rebus huius sæculi.

NOTA pro declaratione, quòd post Concilium Constantiense, licitè possumus recipere Sacramentum Confessionis, & videre Missam à quocumq; Sacerdote ab Ordinario exposito, peccatore, fornicario, excommunicato, & suspenso, parato ad illud administrandum, & similiter vide remissam cum illis, modo sit ab Ecclesia tolleratus, scilicet in foro exteriori. Ratio est, quia permittente Ecclesia, in tali casu ego vtor iuri meo; Minister enim malus est sicuti facula incensa, quæ sibi soli detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat. Denique post dictum Concilium non tenemur vitare Sacerdotes, nec alios excommunicatos, vel suspensos occultè etiam in participatione, vel in administratione Sacramentorum, nisi sicut alios Ministros Ecclesiæ peccatores, videlicet non inducendo eos ad Sacramenta administranda, nec ad dicendam Missam, quãuis sint parati, nisi in necessitate. Sed est aduertendum, quod si talis Sacerdos


cerdos excommunicatus fuerit ab Ecclesia reprobatus, vt si verbigratia sit excommunicatus nominatim, vel si sit manifestus percussor Clericorum, vel suspensus denunciatus, in tali casu, quamuis sit paratus ad audiendas confessiones, vel ad dicendam Missam, vel quamuis sit meus Parrochus, aut meus Prælatus non licet ab eo suscipere tale Sacramentum, nec videre Missam illius, nec alterius cum illis, quia erit peccatum, & eius absolutio erit nulla; & talis confessio est reiteranda, quia est contra obedientiam Ecclesiæ, nisi solum in tempore mortis, in quo eius absolutio erit valida, quia in tali tempore nulla est reseruatio alicuius Sacerdotis, & quilibet Sacerdos est Sacerdos proprius ex commissione Papæ, nec alicuius casus; nam Episcopus, & similiter Papa quando reseruant aliquem casum, semper dicunt, nisi in tempore mortis. Quapropter in tēpore mortis, scilicet quando quis est in infirmitate magna de qua illi infirmi solent mori, vel in Ciuitate obsessa ab hostibus, vel infecta magna pestilētia, vel in bello, vel quando quis ministerio iustitiæ est iugulandus potest absolui sine aliqua licentia à quibuslibet peccatis, excommunicationibus à quocumq; Sacerdote ignorante, vel excommunicato nominatim, vel suspenso denunciato, aut degradato, aut hæretico, scilicet in absentia sufficientis; idest si alius idoneus ad hoc non reperiatur, dummodo habeat animum absoluendi, aliàs nihil faciet; & proferat formam absolutionis. Et hoc probatur esse verum auctoritate Concilij Tridentini sess. 14. cap. 7. vbi habetur; quòd in articulo mortis omnis Sacerdos quoslibet Pænitens à quibuslibet peccatis, & censuris absoluere potest; & Sacerdos hæreticus, vel degradatus, vel quomodocumq; excommunicatus, semper est Sacerdos per charecterem indelebilem; idest semper est Sacerdos quandiu viuit; vnde si redierit ad Ecclesiam, non reconsecratur; imo quilibet Sacerdos quamuis moriatur, si postea resuscitauerit, non est iterum ordinandus, quia habet caracterem Ordinis in animā; & ideo qui semel est ordinatus, in æternum manet ordinatus. Quapropter Sacerdos hæreticus, si de facto celebret, & consacret super debitam materiam cum debita intentione faciendi quod facit Ecclesia, verum conficit Sacramentum, licet grauissimè peccet, & graue cōmittat sacrilegium, quia est contra obedientiam Ecclesiæ. Ratio huius veritatis est, quia ratione charactoris est Minister Christi; idest, in his operatur vt instrumentum Dei, & ideo in persona eius potest proferre verba consecrationis, & respondebit effectus talis sacrificij, si alicui per talem Sacerdotem applicetur, & proderit ei si non habeat obicem, idest si non habeat peccatum, & sit in gratia, quia talis Sacerdos quamuis sit hæreticus non amittit ordinis potestatem, sed executionem, & potestatem administrandi in ordinibus. Nota primò, quòd Deus est qui principaliter, & spiritualiter absoluit, Sacerdos autem instrumentaliter, & sensibiliter nempe medio Sacramēto absoluit à peccatis. Nota secundò, quòd in tempore mortis quilibet Sacerdos secularis, vel religiosus absque facultate sui Superioris etiam denegata, aut ex suæ religionis statuto prohibita potest consti-

constitutum in articulo mortis absoluere, & si talis sit absolutus perueniat postea ad sanitatem non tenetur reiterare confessionem nec præsentari suo Superiori pro peccatis confessis sibi reseruatis quia fuit verum Sacramentum, & sacramentaliter absolutus, & in articulo mortis omnis casus definit esse reseruatus. Sed nota, quod tenetur se suo Superiori præsentari si fuit absolutus à peccatis reseruatis habentibus secum excommunicationem annexam, aliter reincidit in nouam excommunicationem, quia sit statutum est ab Ecclesia.

Frater Bartholomeus Angelus dialogo 1. §. 52. Guillielmus Pepinus in sermonib. Quadrag. feria 5. in Cęna Domini, sermo. 2. fol. 408. Ioannes Antonuntius lib. 5. cap. 14. & sequentib. Candelabrum de absolut. q 64. de Sacramentis in genere q. 9. & q. 14 & de Sacram. Baptismi q. 88. & de Eucharistia q. 88. & de irregularitate bigamiæ q 9. Nauar. cap. 4. num 2. num 10 & cap. 26. num. 27. num. 35. & num. 163. & cap. 27. nu. 46. Sotus 4. dist. 18. q. 4. art. 4. & distin. 28. q 4. art. 4. & dist. 1. q. 5. art. 6. & dist. 14. art. 3. Toletus de instruct. Sacerdotis lib. 1. cap. 34. Medina de instructione Confessorum lib. 1. cap. 10. & cap. 12. §. 7. & lib. 2. cap. 19. Xuarez 3. p. q. 83. art. 1. Sylu. verb. Eucharistia §. 3. Decis. aureæ lib. 1. cap. 13. §. 6. Pedraza de absolut. fol. 123. Victoria de Sacramento Eucharistiæ q. 92. & de confessione q. 157. de clauibus q. 14. de excommunicatione q. 4. Aphorismi Confessorum, tit. Missæ auditio fol. 373. Fr. Thomas Eliseus de Arcanis Religionis Christianæ, titulo de conditionibus Confessoris fol. 243.



Alia consideratio, circa Electionem Confessoris.



POENITENS aduertere debet, quòd ille qui confitetur Confessori docto, si postea consilio talis Confessoris errauerit manet securus in conscientia, quia fecit totum quod debet, eligendo Confessorem doctum. Si autem eligat Confessorem ignorantem, in tali casu si postea consilio talis Confessoris errauerit, non manet securus in conscientia, quia non fecit totum quod in se erat in inquirendo bonum Confessorem.

POENITENS aduertere debet, quòd sicut Infirmus, qui se ponit in manibus boni Medici, recuperat sanitatem: si verò se ponat in manibus alterius, qui non sit bonus, quamuis licentiam habeat curandi infirmos, moritur. Et sicut bonus Legisperitus scit causam tuam dirigere, & fundare illam in iustitia, vt sententiam habeas in fauorem; & quando causa

tua

tua fit clarior Sole, si transeat per manus alicuius legis periti ignorantis, deperditur, quia ignorat puncta legis. Ita Confessor, qui accipit curam conscientiæ tuæ, cùm sit Medicus, & Iudex, quamuis Prælatus approbet eum, necesse est vt te cadere faciat in incóuenientia magna, si sit ignarus: Iudex enim ignorans nunquam iudicauit benè nisi forte fortuna. Sed nota, quòd si Pœnitens sit doctus in quantú ad hoc quòd sciat quale sit mortale, quale veniale, & restitutionem, siue satisfactionem illorum, in tali casu parùm refert qualis sit Confessor doctus, vel indoctus; & talis Pœnitens non tenetur reiterare confessionem. Sed est aduertendum, quòd si Pænitens doctus meliorem Confessorem inueniat; in tali casu non debet Confessor ignarus confessionem illius audire.

MIRVM est valdè, quòd homo pro salute sui corporis mortalis quærat meliorem Medicum; qui si in illa Ciuitate non reperiatur, quærit aliunde, etiam magnis suis expensis, & laboribus, & pro salute animæ suæ immortalis, creata ad gaudendum Deo in æternum, quæ quidem est maioris valoris, quàm salus corporis, ideo magis timenda, quia corpus datur propter animam. Sunt quamplurimi nullam adhibentes curam quærendi bonum Medicum spirituale pro infirmitatibus animæ suæ, quæ sunt magis timendæ, quàm infirmitates corporis, quandoquidem secum portant mortem animæ in æternum; sed solùm contenti sunt confiteri peccata sua, & secreta animæ, & vitæ suæ cuilibet Confessori occurrenti, cùm multi reperiantur parùm intelligentes, quasi homines sine intellectu, & consideratione, paruipendentes ægritudinem animæ suæ immortalis. Et quod peius est, quòd multi sunt, qui quamuis sciant Sacerdotem esse imperitum, de industria eum in Confessorem eligunt, & consiliis illius securi manent ac si cū omnium Doctorum sententia concordaret. Quapropter multi in suis peccatis remanent eo quòd bonos Confessores, idest doctos non quærunt para la salud del cuerpo sie rescuerdo la del alma, primero procura questa es la perfecta cura, porque mas viene la enfermedad de peccados que hazemos, que del manxar que comemos.

NOTA pro declaratione, quòd sunt nonnulli, præcipuè Principes, & Prælati, qui quamuis frequenter peccata sua confitentur, habent tamen Confessores quasi stipendio conductos; idest, habent Confessores suo stipendio vel fauore indigentes: Qua de causa similes Confessores per omnia peccata, & illorum imperfectiones pertranseunt, omniaq; dissimulant; idest, alicuius sceleris, vel peccati commissi, vel imperfectionis illorum illos non repræhendunt. Quapropter tales Principes, & Prælati non recedunt à via sua mala, idest à suis malis moribus, & imperfectionibus; ni del mal tratamiento que hazen à sus vassallos, y subditos, nec de suis peccatis resipiscunt. Confessores debent aduertere, quòd non teneantur ita blandè se habere cum suis filiis spiritualibus, vt nec verbum quidem asperum illis dicere audeant: nam hac de causa Pænitentes audent ad sua peccata redire; idest ad suam vitam prophanam, & voluptuosam; sed in fine con-


fessionis

fessionis Pœnitentem corrigant vt emendetur, quamuis sit Rex terræ; & suauiter reprehendant, prout viderint melius expedire, & non antea, ne Pœnitens antequàm finiat confessionem, asperitate verborum Confessoris mutum redeat, idest multa taceat quæ confitenda erant. Considerantes, quòd Deus de anima ipsius Pœnitentis tenetur rationem adstrictam ab eis petere. Sed de hac re vide clarius in materia de Confessoribus, titulo consideratio Confessori circa Pœnitentes indignos absolutione.

SED dicet aliquis. An qui Confessoribus examinatis, & approbatis ab Episcopo confessi sunt sua peccata existimantes esse doctos, quamuis sint ignorantes, sint securi in conscientia, etiam si consilio talis Confessoris errauerint? Respondetur, quòd sic, cùm sint professores bonæ fidei. Episcopus verò si absquè verò examine de sua necessaria scientia ad confessiones audiendas approbauerit illos, luet pœnas negligentiæ suæ; nam S. Concilium hoc illis commisit offitium, præcipiendo eis; vt nulli Sacerdoti, etiã Religioso præbeant licentiam confitendi, nisi antea verò examine facto de sua scientia, & intelligentia. Sed de hac re vide in materia de Episcopis, titulo consideratio Episcopis circa Confessores.

Fray Iuan Lopez Obispo de Monopoli Ordinis Prędicatorum lib. de los exercicios de bien morir, cap. 10. fol. 434. Philippus Diaz in sermonib. Quadrag. 4. p. fol. 470. num. 9. & fol. 212. num. 11. & p. 2. fol. 187. nu. 21. Candelabrum de confessione q. 26. Medina de instruc. Confessorum lib. 2. cap. 9. & cap. 14.

Consideratio Pænitenti, circa sua peccata confessa, & absoluta.



OENITENS aduertere debet, quòd quamuis bene possit ex deuotione, & pro maiori merito confiteri iterum eadem peccata confessa, & absoluta; & similiter possit confiteri venialia non confessa, quia peccata mortalia confessa, & venialia non confessa sunt materia voluntaria cõfessionis. Non tamen necessaria sicut peccata mortalia non confessa, & peccata dubia an sint mortalia similiter non confessa cum suis circumstantijs necessariis tandem homo solum tenetur sub pæna peccati mortalis confiteri de omnibus peccatis mortalibus, & ea de quibus dubitatur si sint mortalia cum suis necessariis circumstantiis. Denique confiteri peccata confessa, & absoluta est bonum, quamuis non sit necessarium. Primò quia talis actus de se est bonus, & valet ad augmentum gratiæ ratione virtutis clauium, dummodo talis confessio sine tædio, aut molestia Confessorum fiat, vel alio bonorum operũ imdedimento. Secundò, quia quamuis per primam confessionem talium peccatorum sit eorum culpa remissa, tñ non semper tollitur tota illorum pæna in hac vita, vel in

R Purga-

Purgatorio subeunda, quæ tamen pœna per secundam, vel tertiam, vel quartam confessionem illorum tollitur, ratione verecundiæ, & Sacramenti confessionis virtute: & similiter consuetudo virorum Religiosorum approbat esse bonum confiteri iterum eadem peccata confessa, & absoluta, quandoquidem ipsi sæpius illa confitentur. His non obstantibus, dicendum est primò, quòd peccata semel confessa, & absoluta non sunt necessario cõfitenda, imo nullus potest obligari aliqua lege ad iterũ illa cõfitenda sine suo cõsensu, qa peccatũ semel ritè cõfessũ nõ est necessariũ iterũ cõfiteri, nec dolere de illo, quamuis esset bonũ quotiescumque recordamur nos peccasse tristari, quia Deum offendimus, quia Deus non iudicat bis in id ipsum, attenta lege Canonica, & Diuina; Quapropter nullus tenetur obedire Prælato suo præcipienti, vt iterum confiteatur. Dicendum est secundò, quòd confiteri iterum, atq; iterum eadem peccata semel confessa, & absoluta sine causa abusus est Sacramenti; Sed est aduertendum, quòd huiusmodi repetitiones erunt licitæ, quando causa grauis interuenit, videlicet si forte Confessarius grauis se offerat, scilicet doctus, cui homo velit detegere vitam suam, vel in mortis articulo, vel in aliquo magno festo, aut Iubileo; idq; non quotannis, sed rarissimè. Sed nota, quòd si quis faciat votum faciendi confessionem generalem, tenetur ratione voti illam facere. Sed de hac re vide in materia de Sacerdotibus, titulo consideratio Sacerdoti, circa confessionem ante Missæ celebrationem.

NOTA pro declaratione, quòd ille qui confitetur iterum peccata sua confessa, & absoluta, potest arbitrio suo quædam peccata confiteri tacendo alia, & absolui ab illis; & potest confiteri alia alio die, & absolui etiam ab illis; similiter potest confiteri illa diuersis Confessoribus, & non esset dimidiatio confessionis, sed solùm esset genus hypocrisiæ, quandoquidem nulli Sacerdoti non se ostendit tàm peccatorem. Sed nota, quòd si Pœnitens dicat Confessori, quòd vult confiteri omnia peccata sua, idest omnia peccata totius vitæ suæ, & data opera aliquod peccatum tacuisset, in tali casu esset decipere Confessorẽ in re graui; & ideo multi dicunt, quòd esset peccatum, nam mentiri in confessione semper est peccatum mortale, nisi quando quis mentitur in re leui: alij verò dicunt, quòd mentiri in confessione de peccatis venialibus, aut de peccatis mortalibus confessis, similiter est veniale, etiam si illa antea proposuisset apud te verè confiteri; & hoc videtur esse magis probabile, salua sẽper quæ iustior fuerit sẽtentia.

Sotus in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. & q. 2. art. 5. Sylu. verb. Confessor 1. §. 4. & verb. Scrupulosus §. 3. Caietanus verb. Confessor; Medina de instruc. Confessorum lib. 1. cap 12. & cap. 17. & lib. 2. cap. 12. Victoria de Sacramentis in genere q 127. de Pænitentia q. 105. de contritione q. 122. de confessione q. 179. Nauar cap. 9. num 1. & sequentib. & cap. 6 num. 20. & cap. 21. num. 37. Candelabrum de confessione q. 66. & q. 67. & q. 81. & de irregularitate q. 22. & de Pænitentia q. 27. Decisiones aureæ lib. 1. cap. 16. §. 12. Aphorismi Confessorum, tit. Confessio.

SED

SED dicet aliquis. An possit homo confiteri sua peccata venialia, vel peccata mortalia alias legitimè confessa quilibet Sacerdoti etiam si non sit Confessor, idest quamuis non habeat potestatem iurisdictionis ordinariã, vel delegatam quæ necessaria est ad absolutionem peccati mortalis non confessi, respondetur quòd magister Sotus 4. dist. 18.q.4. art. 2. & 3. ad-bitratur ad remissionem mortalium requiri etiam potestatem iurisdictionis, & ob id censet à simplici Sacerdote non posse eorum absolutio dari sed probabilius est quod bene poterit, quia ad ista peccata absoluenda cũ non sint de necessitate confitenda. Sufficit potestas ordinis quam quilibet Sacerdos sortitur in sua ordinatione quando recipit characterem Sacerdotalem, & similiter Sacerdos religiosus etiam si non sit Confessor poterit absoluere ab istis peccatis nisi verbigratia talis facultas sit ei denegata, vel ex suæ religionis statuto prohibita. Gaietanus verbo absolutio, Nauarrus cap. 4. num. 2. & cap. 12. num. 271.

Consideratio Pænitenti circa Pænitentiam impositam à suo Confessore.

POENITENS pro declaratione tituli aduertere debet, quòd duplex est pænitentia quam Confessor potest imponere pænitenti pro suis peccatis vna est restitutoria, scilicet vitæ, famæ, bonorum, quam pænitens acceptare tenetur aliàs non est absoluendus, altera est satisfactoria, quam pænitens poterit non acceptare si vult dicens Confessori, quod vult satisfacere pro illis in Purgatorio, vel in hac vita per Indulgentias concessas à Summo Pontifice: nam ad pœnitentiam iniunctam, vel impositam à suo Confessore non tenetur de præcepto si vult, qui accipit Indulgentiam plenariam bene tamen de consilio, nam per consecutionem talis indulgentiæ homo liberatur à pænis soluendis suorũ peccatorum; vel dicens illi, quod vult satisfacere pro illis per sua opera bona à se voluntariè facienda quando ipse voluerit; & ideo Confessor, quamuis nullam Pœnitens velit acceptare pænitentiam satisfactoriam, tenetur illum absoluere; sufficit enim vt Pœnitens habeat animum illam persoluendi in hac vita, vel in Purgatorio dictis modis. Prima ratio huius veritatis est, quia nullum est præceptum obligans Pœnitentem ad acceptandam pænitentiam, quam illi imponit Confessor pro peccatis suis confessis sub pæna peccati mortalis; nec est aliquod præceptum obligans Pœnitentem ad satisfaciendum pro illis in hac vita, antequàm Pœnitens acceptet talem satisfactionem, idest pœnitentiam. Secunda ratio est, quia Ecclesia quamuis obligat Pœnitentem ad pœnitentiam agendam pro suis peccatis, tamen non obligat eum magis ad illam faciendam in hac vita quàm in Purgatorio. Tertia ratio est, quia tanta potest esse contritio ipsius Pœnitentis pro suis peccatis commissis, & confessis, vt nulla pœnitentia pro suis peccatis sit illi imponenda, nec

debeatur imponi; magnitudo verò contritionis interdum totam pænam peccatis debitam remittit. Quarta ratio est, quia Confessor non potest obligare Pœnitentem ad persoluendam pænam pro suis peccatis confessis in hac vita; aliàs frustra esset Purgatorium. Quinta ratio est, quia post dimissam culpam, per contritionem, confessionem, & absolutionem, non constat Confessori Pænitentem esse reum pænæ. Sexta ratio est, quia nullus est Confessor, præter Deum, qui possit arbitrari pænitentiam satisfactoriam penitus æquam Pænitenti necessariam, quæ non sit maior, vel minor ea, quæ debetur imponi: nam solus Deus est, qui nouit quantam pænam homo debet pati in hac vita, vel in Purgatorio pro vnoquoq; peccato mortali per contritionem, vel confessionem condonato; quia ipse solus nouit grauitatem peccati, & vim contritionis Pænitentis, & partem pænæ; quam absolutio Sacramentalis tollit. Septima ratio est, quia Diuina clementia videtur ob fragilitatem nostram dedisse nobis potestatem, & optionem satisfaciendi pro peccatis nostris in hac vita, vel in Purgatorio. Octaua ratio est, quia quando in Canone dicitur, scilicet in Capitulo Omnis vtriusquè sexus, quòd Pænitens teneatur acceptare pænitentiam impositam à suo Confessore, & studeat totis viribus illam adimplere; intelligitur de pœnitentia restitutoria, scilicet vitæ, famæ, bonorum, non verò de satisfactoria; vel intelligitur de pænitentia necessaria ad exiendum à peccato qualis est odij mortalis depositio, dimissio concubinæ, & offitij quod sine peccato mortali exerceri nequit, & dimissio côuersationis qua se credit in peccatum mortale lapsurum: quæ quidem pænitentia restitutoria, vel necessaria ad exiendum à peccato est necessario Pænitenti imponenda, & illam Pænitens tenetur adimplere per se ipsum, & non per alium, & ideo si illam nolit acceptare, in tali casû non est absoluendus. Sed de hac re vide in materia de Confessoribus, titulo consideratio Confessori, circa pænitentiam satisfactoriam imponendam.

Sed dicet aliquis. Quæ sunt illa opera, quibus homo si sit in gratia potest satisfacere Deo in hac vita pro pænis soluendis suorum peccatorum remissorum, quantum ad culpam per contritionem, vel confessionem. Respondetur, quòd sunt tria: scilicet temporalia, corporalia, & spiritualia. Temporalia sunt, eleemosynæ, & ad hoc reducuntur opera omnia alia misericordiæ, vt est visitare carceratos, sepelire mortuos. Corporalia sunt, ieiunia, & ad hoc reducuntur omnes corporales afflictiones, vt sunt disciplinæ, peregrinationes. Spiritualia sunt, orationes, audire prædicationes, & lectiones rerum spiritualium. Sed est aduertendum, quòd non solum potest homo si sit in gratia Dei satisfacere Deo pro pænis soluendis suorû peccatorum rebus dictis, scilicet ieiuniis, eleemosynis, orationibus; sed etiam potest satisfacere Deo per flagella à Deo inflicta, & patienter tollerata, & per tribulationes quas homo patitur patienter in hoc mundo, & acceptat eas in purgationem suorum peccatorum, scilicet potest homo satisfacere Deo per infirmitatem, amissionem honoris, parentum, bonorum suorum temporalium, & similiter potest satisfacere Deo per mortem propriam naturaliter, vel violenter causatam, si homo in his patienter se habeat

beat

beat, & cor suum ad Deum dirigat. Quo fit, vt illa clausula sit vtilissima, quæ in absolutione peccatorũ ponitur; scilicet qdquid boni feceris, aut mali sustinueris. Volumus dicere ad maiorem declarationẽ, quòd illa verba quæ in absolutione peccatorum ponitur, scilicet Passio Domini nostri Iesu Christi &c. nullo modo à bonis Confessoribus debent omitti quandoquidem sunt multum fructifera pænitenti, nam Confessor non solũ potest imponere in pænitentiam satisfactoriam opera bona debita, sed etiã opera alia ratione debita quoniam Deo piissimo satisfacere possumus operibus bonis etiam alia ratione debitis, & de necessitate etiam naturæ subeundis, & pænis, & flagellis ab ipsomet inflictis, & patiẽter tolleratis ac tollerandis infirmitatibus, & ipsa morte naturali, vel violenta ineuitabili. Ratio huius veritatis est, quia flagella à Deo inflicta, & patienter tollerata, quamuis videantur quòd non sunt satisfactoriæ, eo quòd non sunt voluntariæ, nam ad hoc quòd aliquid sit meritorium, vel satisfactorium, necesse est vt sit voluntarium; nihilominus tamen dicendum est quòd sunt meritoria, & satisfactoria, sicut sunt satisfactoriæ pœnæ Purgatorij, & valent ad remissionem pœnæ soluendæ peccatorum secundum quantitatem patientiæ, videlicet in quantum homo acceptat talia flagella in satisfactionem pænæ soluendæ suorum peccatorum, & patienter sustinet talia flagella, vel dicendũ est, quòd talis pæna potest esse opus peccatoris per hoc quòd voluntariè acceptat illam, & patienter sustinet, sicut Iob, qui in suis tribulationibus dicebat, Sicut Dño placuit, ita factũ est; sit nomen Dñi benedictũ, & ita multum meruit. Inde sequitur, qđ si infirmus, qui vult sanari, si possit; sed quia nó potest, supportat infirmitatẽ suã, & laborẽ bono animo in nomine Dñi, dicens, Sea Dios loado para siempre, in tali casu, si sit in gratia, satisfacit, nõ solũ per patientiã, quã habet, sed quia ipsæ pænæ à Deo inflictæ sũt satisfactoriæ de se, sicut sunt satisfactoriæ pænæ Purgatorii; & multò melius secus est si homo per impatientiã dissentiat, quia in tali casu talia flagella nõ habẽt vim satisfactionis, sed vindicationis, si verbigratia talis resistẽtia sit vsq; ad pecatũ mortale. Sed nota, quòd patiẽter tollerat qui, in quantũ in se est, vellet carere tali flagello; tñ in quantũ placet Deo, patienter sustinet, sm̃ iudiciũ rationis. Nota secundò, quòd omne opus bonũ, videlicet existentis in gratia, & purè mentale est similiter satisfactoriũ pro pænis soluendis peccatorũ. Sed de hac re vide clarius in materia de Prælatis Religiosorum in fine, tit. consideratio, circa intelligentiam boni operis existentis in gratia. Nota, que da Dios aduersidades, porque busquemos el remedio para ellas, quiero dezir, por que busquemos à Dios el qual solo le puede dar nunca la Cananea buscara à Christo nuestro Señor si su hija no fuera endimoniada no hai piedra tan preciosa como la aduersidad suffrida cõ paciencia, por tanto suffamosla y deseemosla el ques impaciente en la aduersidad es como el que quando le pica el mosquito, se da vna bofetada que se queda con la picadura y con la bofetada menos es qualquier aduersidad por grande que sea que picadura de vn mosquito porque toda esta vida es breue y cotexada cõ el premio de la gloria, que por la aduersidad se espera no se deue hechar de ver ni sentir. SED

SED dicet aliquis. Cur Deus flagellat bonos in hac vitæ,& malis multiplicat temporalia ? Respondetur,que da Dios à los buenos aduersidades porque por bueno que vno sea algo se le hà de pegar de la pez de la carne en que biue, y alguna mancha le hà de caer del çieno del mundo, donde han da pues no es raçon que sea castigado por ello en el infierno bienes que aca le aço te Dios como à hijos à los malos da Dios prosperidad por que en algo le han seruido, y pues en la otra vida no mereçen el premio del cielo,Iusto es que en aquesta se les pague, porque como dice S. Agustin por ser Dios justo ningun bien por pequeno que sea dexa pasar sin premio ni mal sin castigo. Secundò respondetur, vt boni habeant duplex meritum,scilicet meritum suorum bonorum operum,& similiter meritum patientiæ in suis passionibus, & tribulationibus: se han de recebir bien los trabaxos pues no vienen sin licentia de la Diuina clementia quam agradable es à Dios se haga de voluntad lo que es de necessidad, basta querer lo Dios este delor que me duele pera que yo me consuele es Dios tan misericordioso que enfermedad no me diera si mũcho no me compliera; malis verò tribuit temporalia bona,non vi iustitiæ,quia(vt dicit Diuus Augustinus) Panem quem comedit peccator non meretur; sed vt mali considerantes talem bonorum cumulum, & summam Dei beneficiẽtiam erga ipsos ipsum Deum horum bonorum auctorem agnoscant,& illi gratias agant,& se parentur à via sua mala,& ad ipsum conuertantur.

Sanctus Thomas 4.dist.15.q.2.art.3.& distinct. 19.q. 2.art. 1. Emanuel Rodriquez de explanat. Bullę cruciatæ fol.20. Candelabrum de satisfactione q. 6. & sequentib. Sotus 4 dist.20.q.2. art.1. & dist.18.q. 2.art. 2. Nauarrus cap. 26. num. 3. & 16. & 20. Victoria de satisfact. q. 201. & q. 209. Syluest. verb.Confessor 3. §. 2. Sanctus Thomas in 4. dist.15. q.1. art. 4. Frater Augustinus Ricchinus Ordinis Minorum in sermonib. Quadrag.ser.6. cinerum fol. 38. & fol. 163. Aphorismi Confessorum verb. satisfactio. Melchior de Sancta Cruz lib.2. fol. 193. Dominicus Valtanas de Doctrina Christiana, titulo de la aduersidad fol.85. & fol.89. & fol.81. Thomas Eliscus titulo de Confessore fol. 251. & 246.

NOTA pro declaratione dictorum,quòd quamuis verum sit, quòd Pænitens,si vult, possit non acceptare pœnitentiam, scilicet satisfactoriã pro suis peccatis confessis,datam à suo Confessore,vt dictum est; tamen optimè quidem faciet si illam acceptauerit,& acceptam peregerit. Ratio est, quia pænitentia data à Confessore est præstantior illa,quam quis sua sponte facit; idest bona satisfactoria facta à Pænitente per Confessorem imposita, cæteris paribus, plus de pæna Purgatorij soluenda tollunt, quàm illa, quæ voluntariè à Pænitente suscipiuntur,& fiunt,quia est quid Sacramentale. Volumus dicere,quòd per ieiunium impositum à Confessore in pœnitentiam,maior pars pœnæ remittitur pænitenti,scilicet existenti in gratia suorum peccatorum, quam per ieiunium à se voluntariè factum, quia est quid Sacramentale, idest est pars Sacramenti; & ideo ob Sacramenti

fomen-

fomentum habet maiorem effectum, id est ratione Sacramenti magis applicatur nobis virtus Domini nostri Iesu Christi in ieiunio imposito à Confessore, quàm in ieiunio à se voluntariè facto. Secunda ratio est, quia si volumus pænitentiam pro peccatis nostris soluere in Purgatorio, quamuis nõ sit æterna, tamen in illo loco est tàm grauis, & intensa, vt nulla pæna huius mundi sit, etiam pæna omnium Martyrum, quæ comparetur ei: Ratio est, quia Deus in pœnitentia à nobis facta in hac vita non respicit tantùm magnitudinem laboris, quantùm voluntatem offerentis; nam in isto mundo quidquid agitur est voluntarium; Quod verò in Purgatorio est necessarium: quapropter quælibet pænitentia facta in hac vita ab existenti in gratia est magis satisfactoria pro pœnis soluendis peccatorum quàmplurimæ, quæ in alia vita fiunt, scilicet in Purgatorio. Tertia ratio est, quia opera bona imposita à Confessore, quamuis fiant in peccato mortali, & pro tunc homo non satisfaciat pro pœnis soluendis suorum peccatorum; tamen si postea talis homo veniat in gratiam Dei, talia opera in peccato facta consequuntur suum effectum satisfactionis: Ratio est, quia erant pars Sacramenti confessionis, & ideo habent suum effectum satisfactionis, remoto obice; alia verò opera bona, voluntariè facta, si in peccato fiant, mortua semper sunt, id est nihil prosunt quantum ad satisfactionem pro pœnis soluendis peccatorum quamuis homo ad gratiam redeat. Doctores verò, contra hoc oppositum tenentes, exponendi sunt, quòd pænitentia in peccato mortali adimpleta, etiam per subsequentem gratiam, non reuiuiscit ad meritum gloriæ æternæ, sed benè ad remissionem pænæ soluendæ peccatorum. Quapropter pænitens his, & alijs rationibus tenetur acceptare pænitentiam datam à Confessore, & eam adimplere.

Toletus de instruc. Sacerdot. lib. 3. cap. 11 Candelabrum de satisfact. q. 13. Nauar. cap. 3. num. 5. & 2. p. decreta de satisfact. cap. 2. num. 5. & tom. 1. de pænitentijs distin. 5. cap. considerat num. 6 & dist. 1. cap. Principium num. 36. Medina de instruct. Confessorum lib. 2. cap. 11. & cap. 2. Caiet. verb. satisfactio. Victoria de Sacramentis tit. de satisfactione q. 202.

Consideratio Poenitenti, circa satisfactionem pro poenis suorum peccatorum.

POENITENS aduertere debet pro declaratione tituli, quòd quando vult adimplere pænitentiam datam à suo Confessore pro suis peccatis, id est quando vult satisfacere pro illis; vel si verbigratia vellit orare, ieiunare, aut dare eleemosynam, vel facere aliud bonum, debet procurare esse in gratia Dei, id est debet se conuerti ad Dominũ per cor contritũ, & humiliatum, videlicet debet corde pœnitere, & habere dolorem de suis peccatis commissis post suam confessionem. Homo enim potest esse in

gratia

gratia Dei per solam cordis contritionem, secundum illud , Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos ; & secundum illud, Cor contritum,& humiliatum Deus non despicies. Contritio enim multos producit effectus; primus,& principalis est remissionis culpæ,& adquisitio gratiæ , & amicitiæ Dei, secundus comutatio pænæ æternæ in pænam temporalem, & ali quando tanta potest esse contritio vt totam pænam temporalem tollat sicut fuit in Beata Maria Magdalena . Sed nota,quòd non sequitur ex hoc, vt possit quis scire euidenter se habere gratiam ; quia nullus potest habere euidentiam quod diligat Deum super omnia, vel quod doleat de peccato super omnia;vel quòd proponat perfectè cauere in futurum . Ratio superius dictorum est ; nam si Pœnitens sit in gratia quando bene operatur, in tali casu suis bonis operibus , vel rebus impositis à suo Confessore in pœnitentiam,satisfacit pro pœnis soluendis suorum peccatorum,& simul meretur augmentum suæ gratiæ : Si autem homo sit in peccato mortali quando bene operatur vel adimplet pænitentiam Confessoris talia bona à se facta non prosunt illi ad gratiam, & gloriam promerendam , nec ad satisfactionem pro pœnis soluendis suorum peccatorum ; nihilominus tamen satisfacit præcepto sui Confessoris , & valent illi de congruo , idest si Deo placuerit acceptare illa pro sua pietate ad temporalem prosperitatem ; id est bona facta in peccato valent illi,vt Deus sanitatem illi præbeat, & bona temporalia,& illustrationem mentis,vt citius exeat à peccato per pœnitentiam,& disponatur ad contritionem , qua homo consequitur peccatorum suorum remissionem ; nam facienti,quod in se est, Deus non denegat gratiam , scilicet de congruo nòn verò de condigno ; nam secundum Diuum Augustinum,nullum bonum irremuneratum,nullum malum impunitum:& similiter opera bona,facta ab existente in peccato, valent illi, vt Diabolus non habeat in eo tantam potestatem,nam Diabolus in benè operantibus non habet tantam potentiam ; & similiter valent ad assuefaciendum in bono opere,quia melius est benefacere quàm malefacere:& similiter dicimus,quòd bona opera, quamuis sint in peccato facta , valent facienti ad tollerandum faciliùs pænas inferni , non dicas quòd minuantur , sed pæna tollerabilior reditur . Quapropter homo, his, & aliis multis de causis,quamuis sit in peccato mortali (quod Deus auertat) non se debet abstinere à bonis operibus faciendis,nec ab oratione facienda pro se ipso; nam licet non exaudiatur à Deo,quia peccator hoc non meretur; tamen quando eius oratio procedit ex bono desiderio naturæ Deus audit illum , non quasi ex iustitia,quia peccator hoc non meretur , sed ex pura misericordia,& bonitate ipsius Dei, obseruatis his conditionibus, scilicet si petat sibi necessaria ad salutem piè, & perseueranter : tandem oratio peccatoris temporalia impetrat,& dispositionem ad gratiam. Quapropter semper debet peccator fugere à malo,& facere bonum, & pro se orare , nam quamuis homo per peccatum mortale nullam operationem possit facere vitæ æternæ meritoriam tamen potest facere aliquam operationem meritoriam

ritoriam

ritoriam bonorum temporalium, vt etiã in fideles faciunt quia Deus vult vt nullum malum fit impunitum, & bonum irremuneratum, aunque otro premiono vuiese quel placer del bien obrar lo hauiemos de procurar.

NOTA pro maiori declaratione, quòd quando quis in diebus ieiuniorum Ecclesiæ ieiunat, vel quando dat eleemosynam, vel in diebus festiuis videt Missam, vel facit illam pro se celebrare; & dum videt illam, recitat suas orationes; vel quando recipit Diuinum Sacramentum Eucharistiæ in Paschatæ Resurrectionis, tenetur procurare esse in gratia Dei, ideſt debet se conuerti ad Dominum, si habet aliquod peccatum, de quo non sit confessus per cor contritum, & humiliatum, vt dictum est supra; nam si sit in peccato mortali, in tali casu, licet satisfaciat præcepto Ecclesiæ de communicando in Paschatæ, & de ieiunando, & de videndo Missam; tamen non satisfacit pro pœnis soluendis suorum peccatorum, nec meretur augmentum gratiæ, & gloriæ; opera enim bona in peccato mortali facta sine dubio pereunt, & mortua reputãtur, videlicet quantum attinent ad gratiã, & gloriam, & satisfactionem pro pænis soluendis suorum peccatorum promerendam. Similiter dicendum est, quòd quando quis facit Testamentũ, & præcipit Missas pro se celebrare, & alia opera pia facere, debet procurare esse in gratia Dei, eo modo, quo dictum est supra, saltim quando ratificat ea, quæ in ipso Testamento continentur; nam si sit in peccato mortali, quamuis postea tales Missæ dicantur, & talia bona à se iussa fiant, nihil proderunt illi ad gratiam, & gloriam, nec ad satisfactionem pro pœnis soluendis suorum peccatorum; quia Missa non prodest nisi pro quo celebratur, existente in gratia in isto mundo, vel in Purgatorio; & similiter Orationes, quæ in ea dicuntur. Sed nota, quòd tales Missæ, quando illo vitam functo celebrabuntur, proderunt illi, si post factum Testamentum, scilicet, si antequam moriatur, redierit in gratiam Dei, & fuerit in Purgatorio; & hoc ex applicatione offerentium, non verò virtute sui Testamenti facti ab eo. Sed de hac re vide in materia de consideratione Mortis, tit. prima consideratio Mortis circa finem illius tituli, vel capituli.

SED dicet aliquis. Quid faciendum erit de operibus bonis in gratia factis ab illo, qui postea moritur in peccato mortali? Respondetur, quòd Deus dabit illa alicui, vel aliquibus suis amicis existentibus in gratia, vel in thesauro Ecclesiæ obseruabuntur, vt per claues Ecclesiæ à Summo Pontifice dispensentur nobis per indulgentias concessas ad satisfaciendum pro pœnis nostrorum peccatorum; nam secundum Diuinam iustitiam, & Dei liberalitatem opera bona facta ab existente in gratia quatenus sunt satisfactoria non debent carere fructu satisfactionis, peccatum enim mortale non potest tollere ea, quæ sunt in acceptatione Diuina, nisi in ordine ad eum, qui peccauit quandiu in peccato manet.

SED dicet aliquis. An opera bona facta in peccato mortali possint aliquando valere quantum ad gratiam promerendam, & satisfactionem pro pænis soluendis peccatorum? Respondetur, quòd non, quia quantũ

ad hoc sunt mortua,& ideo nunquam reuiuiscunt. Aliter se res habet de operibus bonis in gratia factis,nam talia opera,etiam si per peccatū mortale mortificentur, & sint mortificata, & nullum habeant effectum dum homo est in peccato,scilicet quantum ad gratiam promerendam,& satisfactionem pro pœnis soluendis peccatorum, tamen si postea homo per contritionem vel confessionem redeat in gratiam, talia opera bona in gratia facta reuiuiscunt,& valent; idest reuiuiscunt,& valent secundum mensuram deuotionis, & suæ contritionis in qua pœnitens resurgit à peccato datur ei aliquid ratione præcedentium meritorum: verbigratia,Petrus qui habebat centum gradus gratiæ ratione suorum meritorum,per peccatum mortale postea ab eo commissum perdidit illos centum gradus gratiæ,tamen si iterum redeat in gratiam per contritionem,vel confessionem, verbigratia vt decem,in tali casu vltra gratiam vt decem quæ datur ei ratione suæ præsentis contritionis, datur ei aliqua gratia ratione præcedentiū meritorium,idest de gratia amissa; imo dicimus , quòd quantò contritio maior fuerit quando peccator redit in gratiam,tantò maior gratia præcedentium meritorum dabitur ei: imo probabiliter dici potest, quòd per omne opus bonum existentis in gratia datur ei aliquid de gratia amissa per peccatum; & similiter probabiliter dici potest,quòd peccator per veram pœnitentiam,idest ex toto conatu pœnitens, redidit in illam pristinam gratiam, in qua ante peccatum erat, nam perfectè pœnitenti correspondet perfecta restitutio. Exemplum de Seruo Militis, quem oderat Dominus eius, qui per actum bonum in prælio factum contra inimicos non solùm primam gratiam sui Domini recuperat perditam, sed nouam, & maiorem gratiam, & munera adquirit. Et similiter potest quis existens in gradibus centum gratiæ peccare,& postea peccatum suum recognoscens ita remissiuè,& tepidè pœnitere, quòd vix recuperabit vnum gradum gratiæ perditæ. Denique secundum proportionem contritionis, & præsentis pœnitentiæ,restituitur ei de gratia, quam habebat ante peccatum. Sed nota, quòd peccata remissa,quantum ad culpam per pœnitentiam,idest per contritionem,& confessionem nunquam redeunt,per sequens peccatum,nec quantum ad culpam, nec quantum ad pœnam, sed solum redeunt quantùm ad pœnā damni aliquo modo, quia eadem pœna damni erit pro quolibet peccato, idest homo eodem modo pro vno peccato priuatur visione diuina,ac si pro multis,& sic intelligitur illud Iacobi,Qui vno peccauerit,factus est omnium reus. Verum est tamen,quod peccata præcedentia dicuntur aliquo modo redire per quandam ingratitudinem, ad istum sensum,quòd grauius est peccatum, quod nunc committitur post dimissa peccata, nam post remissionem peccatorum Deum offendere magna ingratitudo est; tamen hæc grauitas quæ ratione ingratitudinis consurgit, non mutat speciem peccati,secundum omnes, nec est de necessitate confitenda; idest,non opus est, vt Pœnitens in confessione dicat, Postquam sunt mihi dimissa multa peccata,scilicet furti,aut fornicationis, iterum furatus sum

sum, vel fornicatus sum, quamuis esset bonum.

Sanctus Thomas 4. dist. 17. q. 2. art. 5. & 3. p. q 86. art. 2. Nauar. tom. 1. de Paeniten. dist. 6. cap. Principium num. 48. Medina de instruc. Confessorum lib. 2. cap. 7. & 19. & lib. 1. cap. 14. §. 41. Sot. 4. dist. 13. q. 2. art. 1. & lib. 2. de iust. q. 3. art. 10. Candelab. de satisfactione q. 38. & de confess q. 76. Philippus Diaz in sermonib. Quadrag. fol. 251. num. 28. Syluest verb. charitas §. 6. & verb. Oratio §. 2. & verb. satisfactio §. 7. & 9. & verb. Eucharistia §. 6. & verb. Confessor 4. §. 4. Victoria de Sacramentis tit. de satisfactione q. 203. & q. 209. & de Peniten. q. 111. & sequentib. & de contr. q. 120. & q. 123. Aphorismi Confessariorum verb. Oratio fol. 383. Thomas Eliseus de Arcanis Religionis Christianae titulo de peccatis fol. 290.

Consideratio Paenitenti, circa paenitentiam in tempore suae mortis adimplendam.



OENITENS, in tempore mortis constitutus, potest absque alicuius licentia, idest sua propria auctoritate committere cuicumq; voluerit paenitentiam datam à suo Cōfessore pro suis peccatis confessis, idest pro paenis soluendis suorum peccatorum: & si acceptans talem poenitentiam, adimpleret; deniquè est necessarium, vt ambo sint in gratia. Quòd si autem paenitens pro quo fit talis paenitentia, non sit in gratia, in tali casu talis fructus paenitentiae reuertitur facienti illam; quod si verò acceptans talem paenitentiam, postea non adimpleat illam, nihil proderit paenitenti, quia in tali casu non applicatur ei eius meritum, cùm non fiat. Idem dicendum est de Missa, iussa celebrari à constituto in Mortis articulo; quae si postea non celebretur eius virtus, aut meritum non illi applicabitur vsque celebretur. Sed nota, quòd quamuis postea non celebretur, applicabitur illi non meritum Missae, sed meritum correspondens tali mandato. Idem dicendum est de eleemosyna, iussa fieri à constituto in mortis articulo; quod si postea non fiat, applicabitur illi meritum correspondens tali mandato, non verò fructus talis eleemosynae; idest, non applicabitur illi remedium expiationis poenae soluendae suorum peccatorum prouenien ex tali eleemosyna data, cùm postea non fiat tale suffragium pro anima sua vnde subleuaretur. Aliter se res habet de restitutione bonorum temporalium iussa fieri ab existenti in Mortis articulo, quae cùm ad restitutionem pertineat, & non ad satisfactionem pro poenis soluendis peccatorum, nec talis restitutio sit pars satisfactionis, sed restitutionis, quamuis postea non fiat, nullo modo nocebit defuncto, sed anima eius volabit in coelum, si non habet aliquid aliud purgandum.

Denique dicimus, quòd si defunctus in suo Testamento mandauit suis hæredibus, quos bona fide credebat suam exequutoros voluntatem, vt de suis bonis persoluerent debita sua, in tali casu, quamuis postea non soluantur talia debita nullum damnum illi eueniet, idest culpa hæredum nullo modo poterit nocere defuncto, quandoquidem ipse fecit quod potuit, hæredes verò peccabunt non soluendo debita defuncti. Si autem pænitens non sit in tempore mortis non poterit committere alteri pænitentiã datam à suo Confessore sine auctoritate ipsius Confessoris, qui in hac parte poterit dispensare; nam Pænitens non habet facultatem nisi solum in tempore mortis, vt quod sibi impositum est, & a se adimplendum vt per alterum adimpleatur sine licentia Confessoris; & in tali casu Pænitens satisfacit pro pænis soluendis suorum peccatorum, ac si ipse talem pænitentiam adimpleret, & plus, quantùm ad satisfactionem, si ille, qui pro illo illã adimplet sit in maiori charitate, quàm ipse Pænitens, cui imposita erat. Sed nota, quòd si Confessor ponat pænitentiam Pænitenti adimplendam per se, non poterit Pœnitens in tali casu illam adimplere per alium, nisi solum quando ipse non potest illam adimplere, vel quia est infirmus, vel morti proximus; nam in tali casu ita videtur quòd sit intentio Confessoris ponentis illam, quiquidem non vult obligare Pænitentem ad impossibile, nec ad Purgatorium mittere. Secundò est aduertendum, quòd quamuis Confessor possit imponere Pœnitenti pænitentiam per alium adimplendam, tamen non debet hoc facere sine rationabili causa, vel propter infirmitatem, vel impossibilitatem Pænitentis. Tertiò est aduertendum, quòd semper est maioris virtutis, & efficatiæ pænitentia facta ab eodem Pænitente, quàm ab alio; quia pænitentia à se facta, existente in gratia, in tali casu prodest illi non solum ad satisfactionem pænæ soluendæ suorum peccatorum, sed etiam prodest illi ad augmentum suæ gratiæ, & gloriæ; facta verò ab alio simul existente in gratia, solùm valet illi ad satisfactionem pænæ soluendæ suorum peccatorum, non verò ad augmentum gratiæ. Verbi gratia, Confessor dedit Petro in pœnitentiam vt ieiunet, in tali casu benè poterit Franciscus, si sit in gratia, pro illo ieiunare de consilio Confessoris, & valebit Petro si ipse similiter sit in gratia, tale ieiunium non solum de congruo, sed de condigno, idest valebit illi de rigore iustitiæ ad remissionem pænæ soluendæ suorum peccatorum, ac si Petrus existens in gratia pro se ieiunasset; sed in tali casu non erit medicina Petro talis pænitentia, idest tale ieiunium, quia ieiunium alterius non debilitat corpus Pænitentis; idest, tale ieiunium non proderit Petro, vt castè viuat, & similiter per tale ieiunium non meretur Petrus augmentum gratiæ, & gloriæ. Quapropter melior est pænitentia facta à se, quàm ab alio. Quartò est aduertendum, quod si pænitentia data Petro fuerit in satisfactionem iniuriæ illatæ alteri, vel in medicinam sui ipsius, scilicet vt caueat à futuris, in tali casu Petrus debet per se ipsum illam adimplere, & satisfacere, & non per alium; sicut ille qui tenetur ex præcepto Ecclesiæ ieiunare, cùm possit, non po-

test per eleemosynam, aut per alius opus bonum ab eo liberari. Quintò est aduertendum, quòd ille qui satisfacit pro altero, multum meretur, nam quamuis in tali casu non soluat pænam suorum peccatorum, sed alterius, tamen in quantum tale bonum, quod facit in satisfactionem alterius, est meritorium augmenti gratiæ, & gloriæ, prodest ipsi facienti; nam opus bonum existentis in gratia habet duo, scilicet est meritorium præmij essentialis, & satisfactorium, sed in quantum meritorium nullus potest applicare alteri. Sed de hac re vide clarius in materia de Prælatis Religiosorum, tit. de Prælato, circa applicationem bonorum spiritualium suorum Religiosorum.

Directorium Curatorum cap.6. §.4. Tolet. de instruc. Sacerdotis lib.3. cap. 11. Sot. 4. dist.45. q.2. art.1. & dist.19. q.2. art.4. Syluest. verb. Satisfactio per totum, & verbo testamentum 2. §.9. Candelabrum de satisfact. q.9. & q. 12. & de Purgatorio, Victoria de Sacramentis tit de satisfact. q.202. Dominicus Valtanas de Doctrina Christiana fol.34. & sequentib. Thomas Eliseus titulo de satisfactione fol.252.

Consideratio omnibus necessaria, circa Animas Purgatorij.

SED dicet aliquis. An possit homo, dum est in hac vita satisfacere pro pænis soluendis Animarum existentium in Purgatorio? Respondetur, quòd benè potest, dummodò sit in gratia; & ideo ille qui est in gratia potest dare eleemosynam, ieiunare, orationem facere pro illo qui est in Purgatorio, & satisfacit pro illo de congruo, idest si Deo placuerit, pro misericordia sua, acceptare talia opera, quia existentes in Purgatorio, aunque tienen seguridad de no peccar, non sunt in statu merendi, sed patiendi in carcere inclusi; idest, illa pæna Purgatorij non est meritoria, sed satisfactoria, & in tali casu expiat pœnam illius, idest liberat animam à tanta pœna quantam ipse meruit, vt à se leuaretur, si talia bona à se facta pro se faceret, idest sibi applicaret: Vnde Beatus Pater Dominicus sibi dabat disciplinam pro his qui erant in Purgatorio. Denique vnusquisque, existens in in gratia in virtute vnionis charitatis, potest suis bonis operibus satisfacere pro animabus existentibus in Purgatorio, quamuis ipse tali satisfactione proueniente ex dictis bonis operibus à se factis indigeat. Ratio est, quia cùm talis satisfactio non sit remissio alicuius culpæ, nec adquisitio alicuius gradus gratiæ, sed solum sit satisfactio, vel remissio pænæ peccatorũ, ideo non est contra charitatem propriam, quam vnusquisquè secum habere debet in malis pænæ tollere à se idquo indiget vt alteri benefaciat. Hoc autem esse bonum confirmat vsus piorum hominum, qui applicant suas satisfactiones, idest, sua opera bona in quantum satisfactoria Animabus Pur

gatorij

gatorij; non quia existiment illis non indigere, quia esset arrogans cogitatio, sed quia sperant alijs modis sibi interim prouideri posse; vel quia volũt aliis benefacere etiam si ipsi aliquid amplius patiantur; vel quia in hoc opere charitatis ab ipsis facto pro animabus Purgatorij multum merentur, vt dicetur inferius. Sed nota, quòd si quis faciat vnam eleemosynam pro duobus defunctis, minus singulis vtilis erit, quàm si pro vno solo fiat, quia est finiti valoris. Idem dicendum est de oratione, & de ieiunio.

NOTA pro declaratione dictorum, quòd opera bona, & pia, idest satisfactiones, quas Mortui in legatis reliquerunt pro ipsis faciendas, valent illis de condigno, idest de rigore iustitiæ, & lege certa si sint in Purgatorio, quia tales satisfactiones; idest talia opera bona reputãtur opera sua propria ipsarum Animarum: reliqua verò, idest illa opera bona, quæ viui existentes in gratia faciunt pro Animabus existentibus in Purgatorio valent illis per modum suffragij, & deprecationis; idest, Deus acceptabit illas, si pro sua misericordia voluerit, & quia Deus est infinitæ misericordiæ, ideo cõmuniter acceptat, quæ pro defunctis fiunt; quoniam animæ in Purgatorio non sunt in statu merendi, sed patiendi in carcere inclusæ; & similiter non sunt in statu orandi pro nobis, sed in statu vt pro illis oretur; tamen possunt orare, & si id quidam negent: Et quamuis sunt superiores nobis propter impecabilitatem; tamen sunt inferiores nobis quantum ad pœnas quas patiuntur. Idem dicendum est de sacrificio Missæ celebrato pro existentibus in Purgatorio, quod prod est illis pro modum suffragij, adiutorij, & deprecationis ad remissionem pænæ suorum peccatorum, non verò de condigno quandoquidem mereri non possunt. Sed nota, quòd si mortui existentes in Purgatorio, dum vixerunt, ad Missas pro ipsis celebrandas eleemosynas errogauerunt, in tali casu tales Missæ valent illis de condigno, idest de rigore iustitiæ, quia tales Missæ reputantur sua opera propria vt dictum est superius.

NOTA secundò pro declaratione, quòd inter suffragia, idest inter opera bona, pia, & sancta pro mortuis existentibus in Purgatorio facienda ad satisfactionem pro pænis soluendis suorum peccatorum, principale est sacrificium Missæ, quanquam interdum ratione necessitatis plus eleemosyna: Secundum est eleemosyna; tertium verò est Oratio; quartumq; est ieiunium, scilicet eorum, qui sunt in gratia. Alij verò dicunt, quòd apud Deũ non minus valet oratio, aut ieiunium, quàm eleemosyna. Ratio est, nam Sacrificium Missæ prodest defunctis quantum ad efficaciam, quam habet à se ipso, quamuis Sacerdos celebrans sit in peccato mortali; nam Sacerdos quando celebrat non gerit personam suam, sed Ecclesiæ; & sicut talis oblatio est grata, & munda, ita est efficax. Secundò, quia Sacerdos, quando celebrat, non applicat meritum sui ipsius, sed Christi. Tertiò, quia cũ fructus Sacrificij non sit propter personam Sacerdotis vt talis, sed propter Ecclesiam; ideo meritum talis Sacrificij non debet perdere ex sanctitate Sacerdotis celebrantis: hac de causa statutum est, quòd Sacramenta Eccle

fiæ æquè per malos Miniſtros, ac per bonos perficiantur, & ſanctificent alios, ideſt ſuum effectum habeant. Quapropter, quando Alexander Papa cap. Ipſi Sacerdotes 1. q. 1. dixit; Sacerdotes, quo ſanctiores ſunt, eò magis prodeſſe fidelibus per ſua ſacrificia, intelligendus eſt quo ad impetrationem, & meritum de congruo proueniens ex opere operantis, ideſt ex parte ipſius Sacerdotis celebrantis, non verò quo ad effectum prouenientem ex opere operato ipſius Sacrificij. Eſt aduertendum pro maiori declaratione, quòd in adminiſtratione Sacramentorum Sacerdos ſolùm eſt Miniſter, & inſtrumentum; Chriſtus Dominus noſter, verus Deus, eſt ille, qui confert gratiam, tàm mediante bono Miniſtro, quàm malo: ſicut Pictor eſt ille, qui principaliter facit figuram & imaginem, non autem penicillus, niſi inſtrumentaliter. Denique malitia, ſiue peccatum Sacerdotis non poteſt impedire, vt ſanctiſſima Sacramenta non ſint ſalus noſtra, & conferant gratiam, dummodò ille qui Sacramentum recipit peccatum mortale non habeat.

NOTA tertiò pro declaratione earum quæ dicta ſunt, quod ſi valor Miſſæ conſideretur ex parte Sacrificij, in tali caſu non eſt maioris valoris in Sacrificio boni Sacerdotis, quàm in ſacrificio mali. Si verò conſideretur quantum ad orationes, & preces Miſſæ, quæ quidem poſſunt dupliciter conſiderari, ſcilicet vt ſunt ipſius Sacerdotis celebrantis, vt eſt perſona particularis, aut eſt repræſentans Eccleſiam, in cuius nomine celebrat, & offert illas: ſi primò modo conſiderentur abſquè dubio nihil valent, nec ipſi, nec alijs, cùm ſit in peccato; ideſt, ex hac parte maioris efficaciæ ſunt orationes boni Sacerdotis, quàm orationes mali; quia licet Deus aliquando audiat malos; tamen certum eſt, quòd potius audiat bonos. Si verò ſecundo modo conſiderentur, in tali caſu valent æqualiter cum bono, ideſt ſunt æqualis valoris, ſicuti orationes Sacerdotis boni. Idem dicendũ eſt de horis Canonicis, quæ ſi dicantur à Miniſtro Eccleſiæ, etiam in peccato mortali exiſtente, proſunt, quia dicuntur in perſona Eccleſiæ; nihilominus tamẽ omnibus benè cõputatis dicendũ eſt, quòd Miſſa boni Sacerdotis plus valet, quàm mali; primò, quia eius orationes non ſolũ valent quatenus nomine Eccleſiæ procedunt ſed ẽt quatenus ſunt hominis amici, & grati Dei. Secundò, quia Sacerdos, ſi ſit bonus, in tali caſu facilius exaudietur à Deo in neceſſitatibus pro quibus clamat, quàm malus; & ſimul Sacrificiũ eſt meritoriũ nõ ſolũ ex parte ipſius Sacrificij, ſed ẽt ipſius Sacerdotis celebrãtis. Quapropter conſiliũ ſalutare eſt vt Sacrificia Miſſarũ per Sacerdotes ſanctiores, & religioſiores fiant; nã licet indignitas Miniſtri nihil tollat de eo qđ eſt de intentione Eccleſiæ; dignitas verò Miniſtri non parũ auget, ideſt multũ valet. Volumus dicere, quòd licet ad eſſentialia Miſſæ, videlicet continentiã realẽ Corporis, & Sanguinis Domini, & quoad effectũ operis operati pares ſint Miſſæ boni Sacerdotis, & mali; tñ quoad preces, & effectum operis operãtis, multo melior & efficacior eſt Miſſa boni, quàm mali. Deus enim tantò magis gratum, & acceptum habet Sacrificium Altaris, quantò magis ipſe Miniſter eſt ſine peccato.

NOTA

NOTA quartò pro declaratione, quod quando Missa celebratur pro Anima illius, qui est in cælo, vbi nulla est indigentia satisfactionis; vel si celebretur pro illo, qui est in inferno, vbi Sacrificia non prosunt, tale Sacrificiũ in quantum satisfactorium non deperditur, quia in tali casu reseruatur thesauro Ecclesiæ, vt auctoritate Summi Pontificis dispensetur, vel applicetur nobis per claues Indulgentiæ, vel misericordia Dei applicabitur alijs indigentibus. Idem dicendum est de alijs spetialibus suffragijs, scilicet de orationibus, eleemosynis, ieiunijs pro Animabus Purgatorij factis ab existentibus in gratia, quod si aliquod illorum supersit his pro quibus fit, vel si eo non indigeant reddit facienti si indigeat, si verò non indigeat dispensabitur misericordia Dei aliis indigentibus, pro quibus non fiunt; vel in thesauro Ecclesiæ reseruabitur.

NOTA quintò pro declaratione, quòd quando quis est in gratia, videlicet Petrus, & satisfacit pro illo, idest pro Francisco qui est in gloria, vbi nulla est indigentia alicuius satisfactionis, verbigratia ieiunat, orat, vel dat eleemosynam existimans illum esse in Purgatorio; in tali casu tale bonum prodest illi, idest Francisco, scilicet ad gloriam accidentalem, quia existens in cælo gaudet de bonis factis ad laudem Dei maximè in ordine ad eum, & ardentius pro Petro orat; & tale bonum ad ipsum Petrum reuertitur, quia existens in cælo satisfactione proueniente ex tali bono non indiget. Si autem Petrus existens in gratia ieiunet, vel oret, aut det eleemosynam pro viuo existẽte in peccato mortali, existimans esse in gratia Dei; vel pro illo qui est in inferno, existimans esse in Purgatorio, in tali casu, cùm talis satisfactio pro pænis soluendis peccatorum proueniens ex his bonis factis non possit communicari his dictis, reddit ipsi Petro facienti illa bona, secundum illud Prophetæ. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Si autem illa satisfactione non indigeat reseruatur thesauro Ecclesiæ, vt auctoritate Summi Pontificis dispensetur nobis per claues indulgentiæ. Quòd si talis satisfactio fiat pro existente in Purgatorio, in tali casu prodest illi. Sed nota, quòd si talis satisfactio proueniens ex dictis bonis sit maior, quam exigerant peccata illius, pro quo fit, de illo ressiduo fiet secundum intentionẽ actualem, vel habitualem suffragantis. Alij verò dicunt, quòd distribuetur aliis Animabus in Purgatorio existentibus; & Anima existens in maiori charitate magis participabit, quia secundum Diuinam iustitiam, & liberalitatem Dei satisfactio proueniens ex bonis operibus factis in charitate non debet carere suo fructu satisfactionis.

NOTA sextò, quòd quando quis est in gratia, & satisfacit pro pœnis soluendis Animarum existentium in Purgatorio suffragiis dictis, scilicet ieiunat, orat, vel dat eleemosynam multùm meretur; nam quamuis verum sit, quòd tale bonum, quod facit, in quantùm satisfactorium pro pænis soluendis peccatorum, solùm profit Animæ, vel Animabus, quibus applicatur, & non sibi; tamen in quantùm tale opus est meritorium augmenti gratiæ, & gloriæ, solùm prodest facienti, idest ipsi soli reseruatur; nam opus bonum existentis in gratia, vt dictum est, non solum est meritorium augmenti

meeti

menti gratiæ,& gloriæ, sed etiam est satisfactorium pro pœnis soluendis peccatorum remissorum quantum ad culpam per contritionem, vel confessionem, idest existentium in gratia in isto mundo, vel in Purgatorio Sed de hac re vide in materia de prælatis religiosorum, titulo de prælato circa applicationem bonorum spiritualium suorum religiosorum.

Sanctus Thomas in additionib. ad 3. par q. 71 art. 3 Sotus in 4 dist. 13. q 1. art. 7. & q. 2. art. 1. & dist. 1 q. 5 art. 5 & dist. 4 q 2. art 1 & sequentib & dist. 24. q. 2. art. 3. Emanuel Podriguez de explanat Bullæ Crutiatæ fol. 133. Toletus de instruc. Sacerdotis lib. 2 cap. 6 & cap. 8 & lib 3. cap. 11. Candelabrum de satisfactione q. 12. & q. 9. & de Purgatorio per totum, Syluest. verb. Oratio § 2. & verb. Suffragium per totum & verb Participatio. §. 1 Xuarez 3 p q 83 art. 1. Nauarrus 2. p. Decreta cap. 2 . num. 79 Victoria de Sacramentis t de Eucharistia q. 91. Aphorismi Confessor verb. Oratio, & verb. Satisfactio. Canisius Valetanus de doctrina Christiana fol 34.

Secunda Consideratio, circa animas Purgatorij.




SED dicet aliquis. Quaré Deus quærit pœnam soluendam pro peccatis commissis ab Animabus Purgatorij, quandoquidem sunt in gratia Dei,& illarum peccata sunt iam dimissa quantum ad culpam per suam contritionem, vel confessionem? Respondetur, quòd post dimissam culpam Deus quærat pœnam ab amico, non infert præiudicium aliquod diuinæ bonitati, quia ille qui peccat, lædit iustitiam, & amicitiam, & de iure amicitiæ teneor ego, dum aduersarius quærit veniam, & est paratus facere quicquid ego volo, accipere eum in pristinam meam amicitiam; tamen salua amicitia possum petere ab eo domum meam, quam mihi combusit, & similiter Rex potest amico suo remittere homicidium, sed tamen salua amicitia cogit eum satisfacere parti læsæ. Denique homo, quamuis per pœnitentiam amicitiam Dei recuperet, nihilominus ratione iustitiæ pœnas peccatis debitas soluere tenetur ad iustum, non quidem in inferno, quia iam per pœnitentiam est amicus Dei; sed in hac vita per spontaneas, vel in Purgatorio per inflictas.

SED dicet aliquis. Quanto tempore Animæ fidelium detineantur in Purgatorio pro pœnis soluendis suorum peccatorum. Respondetur, quòd hoc soli Deo est notum; quia ipse solus nouit quantam pœnam in Purgatorio, vel in hac vita teneatur homo pati pro vnoquoque peccato mortali commisso,& per contritionem, vel confessionem condonato quantum ad culpã: idest, Deus solus scit quanta pœnitentia sit dignũ peccatũ mortale, cùm sit offensa infinita;& quãtũ sit diminutiuũ pœnæ p cõtritioné, vel cõfessioné,& cæteros pœnitẽtiæ actus. Deniq; solus Deus scit grauitaté pec-

cati,& vim contritionis pænitentis,& partē pœnæ peccatorū, quā absolutio Sacramentalis tollit. Magister verò Sotus magnæ auctoritatis,& sanctitatis auctor,in studio Salmāticensi Primarius,dixit, Vix credo Animā vllā in Purgatorio esse viginti, nec decem annis; propter immensam Dei clementiam,& misericordiam erga suos; Secundò propter tormentorū acerbitatem: Tamen salua semper tanti Doctoris auctoritate, & reuerentia, talis opinio non est prædicanda, quia est singularis, & ab Ecclesia non approbata; imo est contra Ecclesiæ morem, quæ pro quadam Anima celebrat vniuersales Missas, & Anniuersaria vltra ducentos annos; nec rigor Dei est iniustus,si ab Anima,quæ propriè non satisfecit, sed in Purgatorio satis patitur exigat longas pœnas, quandoquidem pro vno quoq; peccato mortali exigit æternas, & nè detrahantur viui ab operibus satisfactoriis, & à Missis offerendis pro Animabus suorum defunctorum.

Victoria de Sacramentis tit. de Pænitentia q. 109. Sotus 4. dist. 25. q. 1. art. 4. & dist. 21. q. 1. art. 1. & dist. 19. q. 3. art. 2. Nauarrus cap. 26. num. 16. & 19. Henrriquez lib. 7. de Indulgentijs cap. 26. §. 4. Emanuel Rodriquez de Explanat. Bullæ cruciatæ fol. 125. Candelabrum de Purgatorio q. 9. & de satisfactione q. 17.

Consideratio Poenitenti, circa praeceptum Communionis.



VILIBET fidelis vtriusquè sexus,modo sit seruus,modo liber,vel Mulier,postquam peruenit ad perfectū vsum rationis,idest ad annos discretionis, tenetur semel in anno, scilicet in Paschatæ Resurrectionis accipere Sacramentum Communionis ex præcepto Ecclesiæ; quia in tali tempore fuit celebratum hoc mysterium scilicet in sua Parrochia,vel de licentia Parrochi in quacumq; alia Ecclesia, vel Capella,idest,vbicumq; voluerit; quam licentiam potest dare Parrochus omnibus suis Parrochianis,Episcopus omnibus suæ diœcesis; Summus Pontifex omnibus Christianis totius mundi, qui quidem est proprius Parrochus omnium Christianorum. Sed est aduertendum,quòd maior vsus rationis requiritur ad Communionem,quàm ad Confessionem; & ideo Pueri non obligantur ad Communionem, vt in plurimum, vsque ad duodecimum, vel quatuordecimum annum, Fæminæ verò vsque ad duodecimum. Deniq; qñ Puer habeat perfectū vsū rationis, & possit cōicare,idest cōmunicare teneatur in Paschate Resurrectionis ex præcepto Ecclesiæ, relinquitur iudicandum iudicio prudentis Confessoris,nam de iudicio rationis nō potest dari regula generalis cum liberum arbitrium magis in vno quàm in alio acceleretur,& quia in multis malitia supplet ætatem. Nota, quòd qui

in

in Pascha non communicauit,non peccat iterum mortaliter si post ea non communicat,& si quidem contrarium affirment, semel obligat hoc præceptum, scilicet in Pascha.

NOTA pro declaratione,quòd Ecclesia non obligat hominem,vt cum primum possit recipiat Sacramentum Communionis,sed facultatem concedit expectandi per aliquod tempus perfectum vsum rationis; propter maiorem reuerentiam huius Sacramenti,vel propter maiorem fructum recipientis;vel ne Pueri facilè exponantur periculo trāsgressionis huius præcepti; & in Terris,vbi est consuetudo,vt nullus Masculus,aut Fœmina cōmunicet vsque ad tale tempus,talis consuetudo obseruanda est.

NOTA secundò,quòd cùm fideles in alijs temporibus anni non teneantur communicare de præcepto,sed de consilio,ideo poterunt communicare quotiescumq; voluerint sine licentia Parrochi, vel Episcopi in Ecclesijs Religiosorum ex concessione Leonis Papæ Decimi; & hanc potestatem, & sanctam consuetedinem, quam omnes fideles habent communicandi quotiescumq; voluerint in Ecclesijs Religiosorum, Episcopus non potest tollere,nec prohibere. Nota,quòd Laici,qui Regularibus seruiunt in propria Parrochia communicare debent in Pascha Resurrectionis, ex Congregatione Concilij.

NOTA tertiò, quòd ille qui habet pecccatum mortale ante Communionem,quamuis habeat de illo contrtionem,tenetur illud confiteri: si verò solùm habeat venialia,benè poterit communicare sine confessione,venialia enim stant cum charitate,& aliis virtutibus infusis,& tolluntur aqua benedicta,signo crucis,oratione Dominica,confessione generali, benedictione Episcopi,vel cum actuali displicentia illorum,vel receptione Sacramentorum. Dicitur veniale peccatum, quia cito venit, & cito vadit; vel quia dignū est venia.Nota,quòd venialia remittunt in Purgatorio,hic non remissa per displicentiam,vel per actum charitatis, vel dictis modis, nam veniale facit reum pæna temporali, mortale verò pæna æterna; & similiter poterit quis cōicare sine confessione si sit tempus communicandi, & non sit copia Confessoris; sed postea tenetur confiteri. Similiter potest quis communicare sine confessione, quamuis non sit tempus statutum ab Ecclesia communicandi,si non adest copia Confessoris, vel si non habeat modum,vel tempus confitendi,& pro alia parte immineat periculum suæ personæ si non communicet, vel si sequatur scandalum in populo; vt si (verbigratia) Parentes suspecti de peccato filiæ volunt experiri in communione, aliter volunt illam occidere; in tali casu talis filia pro euasione, scandali,& ruinæ suæ ipsius,poterit sine confessione accedere ad communionem,dummodo habita immediatè commoditate confiteatur:si autem non immineat tale periculum, vel scandalum habens peccatum mortale non potest sine confessione accedere ad communionem. Sed de hac re vide clarius in materia de Confessoribus,tit.consideratio Confessori circa Pænitentes indignos absolutione; & in materia de Sacerdotibus, titulo

Confideratio Sacerdoti, circa confeſſionem ante Miſſæ celebrationem.

NOTA quartò, quòd hoc præceptum communicandi in Paſchate Reſurrectionis in ſua parrochia, obligat etiam Sacerdotes non celebrantes, non verò celebrantes. Denique ſatisfacit Sacerdos in Paſcha celebrans in quouis loco.

NOTA quintò, quòd ſi quis de conſilio Confeſſoris ſe abſtineat in Paſchate Reſurrectionis ob iuſtam cauſam, à communione vſque ad aliud tempus, in tali caſu non frangit hoc præceptum Eccleſiæ, quamuis in Paſchate non communicet. Sed nota, quòd non eſt iuſta cauſa eſſe in peccato; & ſimiliter ille, qui eſt excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus à communione, & nequit pro tunc abſolui, vel alio iuſto titulo impeditur à communione in Paſchate, in tali caſu, quamuis non communicet in Paſchate, non peccat, dummodò in animo ſuo habeat velle communicare in tali tempore ſi non eſſet impeditus, quia tale tempus eſt determinatum ab Eccleſia ad Eucharistiam recipiendam.

NOTA ſextò, quòd nullus poteſt in Paſchate Reſurrectionis accipere Sacramentum Communionis in Eccleſijs Religioſorum, nec Religioſi adminiſtrare tale Sacramentum Sæcularibus illo die in ſuis Eccleſijs, quãuis velint illud recipere deuotionis cauſa, ſine licentia Parrochi, vel ſui Epiſcopi. Ratio eſt, quia in priuilegijs conceſſis Religioſis communicandi ſæculares in ſuis Eccleſiis, ſolet excipi dies Paſchatis, ſiue dies Reſurrectionis; nam Summi Pontifices voluerunt talem diem ſolum reſeruare, vt in illo die omnes fideles ad ſuas Parrochias conueniant, & obedientiam ſuis Parrochis confiteantur. Sed nota pro declaratione, quòd poſtea fuit declaratum illa dies Paſchatis, in qua omnes tenentur communicari, comprehendere quindecim dies, videlicet totum illud tempus à Dominica in Ramis palmarum vſque ad octauam Paſchæ; quapropter Communio in his diebus facta in ſua Parrochia, vel de licentia Parrochi in alia, dicitur Communio Paſchalis, ſeu in Paſchate facta, Denique ſufficit communicare in quolibet die à Dominica in Ramis Palmarum vſque ad Dominicam in Octauam Paſchæ, incluſiuè per Extrauagãté Eugenij Papæ IIII. Videlicet in ſua Parrochia, vel de licentia Parrochi, aut Epiſcopi in alia ad adimplendum hoc præceptum Eccleſiæ de communicando ſemel in anno, ſcilicet in Paſchate Reſurrectionis. Quapropter, quamuis quis ſæpius communicet in anno, ſi intra hos dies in ſua Parrochia, vel de licentia Parrochi, vel Epiſcopi non communicet in alia Eccleſia, non adimplet hoc præceptum Eccleſiæ de communicando ſemel in anno, ſcilicet in Paſchate Reſurrectionis. Et meritò hoc factum eſt; nam ſi omnes fideles ad vnum tantùm diem ex præcepto Eccleſiæ ad communicandum obligarentur, facilè exponerentur periculo tranſgrediendi illud. Nota ſimiliter, quòd ſufficit ad ad adimplendum hoc præceptum, communicare in quolibet die Quadrageſimæ in ſua Parrochia, vel de licentia Parrochi, aut Epiſcopi in alia, vbi eſt talis conſuetudo.

SED

SED dicet aliquis. An ille, qui adimpleuit hoc præceptũ Ecclesiæ communicandi in Paschate Resurrectionis, scilicet communicando in sua Parrochia, ante diem Paschatis, scilicet in feria quinta Cœnæ Domini, aut in Dominica in Ramis Palmarum; vel de licẽtia Parrochi in alia Ecclesia; vel si habeat animum communicandi in sua Parrochia, vel de licentia Parrochi in alia intra illud tempus Paschale ab Ecclesia determinatum; si in tali casu poterit communicare deuotionis causa, sine licentia Parrochi in die Paschatis Resurrectionis in Ecclesiis Religiosorum? Respondetur, quòd quamuis Nauarrus cap. 21. num. 39. & alij probabiliter sentiant, quòd in illo die primo Paschatis non possit quis sine licentia Parrochi communicare in Ecclesiis Religiosorum, quamuis habeat animum satisfaciendi postea præcepto Ecclesiæ, id est communicandi in sua Parrochia, tamen salua tãti Doctoris auctoritate; probabile etiam est, quòd benè potest: Nec obstat contra hoc, quod in dictis priuilegiis concessis Religiosis communicandi in suis Ecclesiis, dicitur, quòd possint administrare hoc Sacramentum præterquàm in die Paschatis Resurrectionis Dominicæ; quia non est attendendus materialis sonus verborum, sed intentio Pontificis, qui vult, vt vnusquisque intra illud tempus Paschale ab Ecclesia determinatum, communicet in sua Ecclesia, vel de licentia Parrochi in alia. Denique exceptio illa, quæ ponitur in dictis Priuilegijs Religiosorũ, sine dubio respicit hoc præceptum, vt adimpleatur eo modo, quo dictum est. Nota, quòd Superior, vel Sacrista in Conuentibus Religiosorum potest dare licentiam Sacerdoti Sæculari, vt administret Sacramentum Cõmunionis aliis in sua Ecclesia.

Secunda Consideratio Pœnitenti, circa præceptum Communionis.

POENITENS aduertere debet, quòd quàmuis ex præcepto Ecclesiæ, nullus teneatur recipere Sacramentum Communionis, nisi semel in anno, scilicet in Paschate Resurrectionis; tamen tenetur similiter illud recipere in tempore mortis, scilicet à suo Parrocho, vel de licentia Parrochi ab alio, & in tali tempore poterit illud recipere sine confessione cùm contritione tãtùm si Sacerdos, qui reperitur ad illud administrandum sit mutus, qui non possit absolutionem proferre. Prima ratio dictorum est, quia ipso iure, & ex communi omnium Doctorum cõsensu, communio in tempore mortis intelligitur, quòd sit reseruata proprio Parrocho. Secunda ratio est, quia quando Summus Pontifex reseruauit diem Paschatis Resurrectionis; in quo omnes tenentur communicare, præcipiens, vt talis communio in tali tempore fiat in sua Parrochia à suo Parrocho, vel de licentia Parrochi in alia Ecclesia, implicitè

pliciтè referuauit fimul articulum mortis,quia in vtroque cafu quilibet tenetur fumere Euchariftiam à fuo Parrocho, vel de licentia illius ab alio. Tertia ratio eft,quia priuilegium conceffum Religiofis communicandi in fuis Ecclefijs omnes Sæculares ad ipfos venientes, & vndecumq; venientes,intelligitur fimiliter extra tempus Mortis,in quo accipitur Euchariftia per modum viatici; quapropter in tali tempore à proprio Parrocho, vel de licentia illius ab alio talis communio facienda eft. Aliter fe res habet de confeffione, quæ quidem in tempore Mortis, modo fit de iure diuino, vel Ecclefiaftico à quocumq; Religiofo expofito eft fufficiens tandem in confeffione nulla eft referuatio,quia eft magis neceffaria,quàm Sacramentum Euchariftiæ, quod quidem non eft fimplicitè neceffarium. Sed eft aduertendum,quòd fi in tempore Mortis Parrochus non adfit, & neceffitas communicandi vrgeat,non dubito quin in tali cafu fimplex Sacerdos, aut Religiofus poffit hoc Sacramentum adminiftrare. Denique hoc eft valdè confentaneum iuri ipfi naturali, quo tenemur, & tenetur Ecclefia proximis fubuenire,præfertim in fpiritualibus, vel ex præfumpta voluntate Parrochi,vel Summi Pontificis,qui eft verus omnium Chriftianorũ Parrochus: nam quamuis neceffitas huius Sacramenti in tempore Mortis non fit extrema, eft tamen valdè grauis. Sed de hac re vide clarius in materia de Parrochis, titulo de Parrocho, circa adminiftrationem Sacramenti Extremæ Vnctionis,& titulo de Parrocho,circa adminiftrationem Sacramenti Communionis,circa finem.

SED dicet aliquis. An in tempore Mortis liceat recipere Sacramentũ Communionis à quocumq; Sacerdote degradato,nominatim excommunicato,fi alius non reperiatur? Refpondetur,Multi dicunt,quòd non:quia in tali cafu cenfendum eft, ac fi non effet Sacramentorum Minifter; nihilominus dicendum eft, falua femper quæ iuftior fuerit fententia, quòd benè poteft: nam ficut permittitur accipere Sacramentum confeffionis tempore Mortis à quocumq; Sacerdote, quamuis præcifo hæretico, ita Sacramentum Communionis: nam quamuis non fit tantæ neceffitatis ficut Sacramentum confeffionis,eft valdè vtilitatis, & grauiffimæ neceffitatis, vt non fit verifimile voluiffe Ecclefiam fuos fideles priuare tanto beneficio in extremo Mortis articulo. Secunda ratio eft,quia cenfuræ, & prohibitiones contra Sacerdotes hæreticos,fcifmaticos,degradatos, aut nominatim excommunicatos, aut fufpenfos,adminiftrantes Sacramenta, funt in odiũ ipforum Sacerdotum iniquorum, ita vt non cædant in grauiffimum detrimentum bonorum fidelium: vnde in hoc nullus fauor fit malis Miniftris, fed ipfis fidelibus in maxima neceffitate rerum fpiritualium exiftentibus. Sed eft aduertendum pro declaratione, quòd licet ab eis recipere Sacramentum Communionis in tali tempore, videlicet feclufo periculo fcandali publici,aut infamiæ Religionis Chriftianæ,aut alterius mali,aut periculi,ad quem poffet inducere talis Minifter malus.

Tertia Consideratio pœnitenti, circa praeceptum Communionis.



OENITENS aduertere debet, quòd si probabiliter credit, quòd in toto anno non peccauit mortaliter, vel si solũ habeat venialia, quæ non sunt de necessitate confitenda, nec in generali, nec in particulari propter eorum multitudinem; & quia est impossibile omnia, & singula ad memoriam reducere, sed de consilio sunt confitenda, poterit in tali casu in Paschate Resurrectionis, & similiter in tempore indulgentiæ, vel Iubilei præcipientis ad consequutionem illius confiteri, & communicare, Eucharistiã petere sine confessione; & Sacerdote dicente, quòd prius confiteatur, poterit ei respondere, se non indigere confessione; & talis Sacerdos tenetur illi credere in foro conscientiæ, vel poterit dicere, Misericordia Dei non habeo peccatum mortale, quod ego sciam; Vel quòd ille non habet quid confiteatur. Tandem qui solùm habet venialia, sufficit illi ad adimplendum præceptum Ecclesiæ de communicando in Paschate Resurrectionis, vt se præsentet Parrocho suo in Paschate Resurrectionis, dicens ei, se per gratiam Dei non habere materiam necessariam confessionis, & hoc reputatur illi pro confessione; nam accedere ad Eucharistiam cum conscientia venialium non est mortale, quamuis sit nõnulla irreuerentia, quia veniale peccatum non contrariatur gratiæ, & charitati, nec eam excludit; quoniam estant simul, sed eam minuit, & infrrgidat, & præceptum confitendi ante communionem, vel semel in anno, vel in tempore Indulgentiæ, vel Iubilei solùm obligat habẽtes peccatum mortale; & ideo nullus Prælatus, aut præceptum alicuius Religionis potest obligare ad peccata venialia confitenda, quia obligaret ad impossibile, & scrupulosi laberentur in disperationem. Tandem qui solùm habet venialia poterit communicare sine confessione, quamuis nonnulli dicant, quòd quando quis non habet mortalia, tenetur confiteri venialia; sed ad maiorem securitatem conscientiæ, & animæ consolationem poterit venialia confiteri, quia sunt materia confessionis, sed non necessaria: & similiter est laudabile illa confiteri, quia per illorum confessionem augetur gratia, & pœna Purgatorij remittitur, & propositum non peccandi mortaliter augetur, & illorum pœna citius abolitur; & quia multa sunt mortalia, quæ venialia reputantur, & habitus venialiter peccandi infirmatur, & ideo de venialibus solent Religiosi confiteri, & similiter potest quis sine confessione communicare, si in tempore, in quo de necessitate communicare tenetur, non reperitur copia Sacerdotis, qui possit eum absoluere, vt dictum est supra. Et similiter est aduertendum, quòd illi, qui sunt parati ad recipiendũ Eucharistiam, si ibi recordati fuerint alicuius peccati mortalis, securè possunt

sunt communicare ante confessionem illius, quandoquidem antea erant confessi, idest, si non possunt sine nota discedere. Et qui in Paschate habet casus reseruatos, & non potest absolui ab illis, quia Prælatus est absens, absoluatur à cæteris, si non est impeditus aliqua excommunicatione, & communicet, & postea absoluatur à reseruatis. Nota quod quando quis habet peccata reseruata tenetur confiteri Episcopo, idest illo cui peccata reseruata sunt, & ab eo absolui, vel ab eo petere facultatem, vt possit absolui à suis peccatis reseruatis à quolibet Confessore, quod si vero ille cui peccata reseruata sunt fuerit absens, & pœnitens teneatur communicare in tali casu pœnitens confiteatur integrè tam reseruata, quàm non reseruata Confessori inferiori, & Confessor debet eum absoluere, dicendo ego te absoluo à peccatis tuis, quia non absoluit ab omnibus, nisi solum à non reseruatis, & post communionem pœnités cùm primum poterit, Tenetur ire ad illum, cui peccata reseruata sunt, & dicere ei tantum peccata reseruata, & accipere pœnitentiã, & absolui ab illis, & si talis Cõfessor velit audire omnia alia peccata non reseruata, de quibus confessus est suo Confessori poterit illa dicere & hoc non est contra integritatem Confessoris, quia per accidens est diuisa. Sed de hac re vide in materia de Episcopis, tit. Consideratio Episcopis circa concedendos suos casus reseruatos.

Sanctus Thomas 3 par. q. 86 art. 3. & q. 87. art. 2. & in quæstionibus de malo materia 7. art. 1. Victoria de Sacramẽtis, tit. de cõfessione q. 12. & de Sacram Eucharist per totum, & de Pœnitentia q. 110. Nauar. cap. 12. num 52. & cap. 21. num. 45 & cap. 25. num. 26. & de horis Canon cap. 22. & lib. 3. Consil. de pœniten. & remission consi. 16. §. 15. & consi 40. Xuarez 3. p. q 82. art. 5. & art. 13. q. 80. art. 11 Tolet de instruct. Sacerdotis lib 3 cap. 3 & lib. 2. cap. 28. & 29. Medina de instruc. Confessorum lib 1. cap. 2 & 12 & 14. Candelabrum de Eucharistia per totum, & de Confessione q. 53. & de Contritione q 7. Sotus 4. dist. 18. q. 1. art. 3. & dist. 21. q. 1 art. 4 & dist. 12. q. 1 art 11. & 4 Syluester verb. Eucharistia 3. § 7. & 8. & 17. & verb. Confessor 2. §. 3 & verb. Peccatum §. 7 Corduba q. 24. Decisiones aureæ lib. 1. cap. 9. Aphorismi Confessorum de Eucharistia fol. 159 & fol. 160. & sequentib. & verb Purgatorium. Dominicus Valtanas de doctrina Christiana folio 48. Thomas Eliseus de arcanis religionis Christianæ titulo de conditionibus confessionis folio 244.



BREVIS TRACTATVS DE PRAELATIS Religiosorum.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonsum de Madrigal natural de la villa Descalona, Toletanæ Diœcesis, Ordinis Prædicatorum.

De Proprieatibus, & Virtutibus Praelati Religiosorum.



RAELATVS omni defectu, macula, & imperfectione, tàm in suis moribus, vita, & loquela, quàm in obseruandis constitutionibus, & regulis suæ Religionis, carere debet, quandoquidem est suos subditos corrigere paratus; tandem debet esse Iudex expers earum omnium imperfectionum, & defectuum, de quibus Subditos corrigit, vel corrigere paratus est: considerare debet, quòd correctio fraterna incipit à seipso; id est Prælatus primò tenetur corrigere seipsum quàm alios. Quomodo enim, id est, quo animo culpas, vel negligentias, vel imperfectiones aliorum resecabit, qui easdem committit, vel secum habet? Tandem qui aliorum peccata, negligentias, vel imperfectiones corrigere, & castigare tenetur, ab omni culpa, negligentia, & imperfectione carere debet, quien aotro ade juzgar sepa que en el no a de auer que puedan reprehender finalmente limpio de vicio a de ser quien castiga o reprehēde siquiere que otro se emiende, por tanto el que quiere serperlado ha de mirar muy bien lo que haze, id est si tiene lo que es necessario para ser lo por quel perlado, es vn dechado de toda perfection que tiene la religion.

Prælatus debet esse speculum pœnitentiæ, castitatis, sanctitatis, honestatis, orationis, virtutis, & boni exempli, non solum suorum Religiosorū: sed omnium aliorum hominum, quandoquidem habet nomen Prælati?

Similiter debet esse regula, id est ipsa obseruãtia omniũ Constitutionũ suæ Religionis: quapropter ille q̃ est imperfectus in suis moribus, vita, aut loquela, vel in obseruatione Cõstitutionũ, vel regulæ suæ Religionis, vel si sit imperfectus in obseruãdis ieiunijs, vigilijs, & alijs laboribus, & asperitatibus in vestitu, & in lectu suæ Religionis; vel si illa nõ possit obseruare aliqua infirmitate, vel causa senectutis, nõ debet velle esse Prælatũ, imo in tali casu tenet relinquere Prælaturã, si illã habeat, & nõ acceptare illã quãuis illi cõcedatur. Ratio est, qa, secundũ S. Thomã, homines sũt huius naturæ, & cõditionis, quòd magis mouẽtur ad ea, q̃ tenentur facere, & obseruare, operibus bonis ipsius Prælati, quàm verbis illius, & de facili corrumpuntur p̃ malũ exemplũ Prælati in obseruãdis Cõstitutionibus, & regulis suæ Religionis, & ex hoc cõtemnunt admonitionẽ, & correctionem Prælati, & ipsum Prælatum, & peiores fiunt. Secunda ratio est, quia Prælatus debet esse magnus, in operibus sãctitatis, & virtutis, & similiter debet esse magnus in obseruatione omnium Constitutionum suæ Religionis; breuis verò in Prædicationibus, & admonitionibus. Denique Prælatus debet esse primus in seruitio Dei, & in obseruatione Constitutionum suæ Religionis, & in tali casu videbit manifestè, & clarè, quomodo sit vtilior suis Religiosis quàm in longis colloquijs, & admonitionibus. El que quiere ser Perlado a de mirar muy bien lo que haze, por que se obliga à mucho ha de ser primero en la oration, y en el aiuno, y quando todos reposan, descansan, el hà de vellar.

HA de aduertir el Perlado, que mas efficacia tienen las obras para persuadir à sus subditos à la virtud, penitentia, y obseruancia de su Religion, que no las palabras; y que mas obligacion tienen los Subditos à imitar à su Perlado en sus obras, que no en sus palabras: finalmente por ser el Perlado imperfecto, no ay Religion, ni obseruancia en el Conuento; y por no ser el Perlado el que deue, no se haze lo que conuiene, y por no ser el Perlado sancto, muchos no lo son. Hà de ser el Perlado mas Sancto, que todos: y tambien hà de ser humilde; nunca harà bien el officio de Perlado, si piensa, que se lo han dado por sus merecimientos. Y tambien hà de ser mas piadoso, y charitatiuo, que todos: y mas paciente en los trabajos, y constante en la tribulacion, que todos. Hà de saber dissimular las injurias, y murmuraciones que siente se dizen d'el, porque de otra manera tendrà poca paz en el Monasterio, y no es bueno, que vno sea Iuez en su propria causa. Ha de castigar las injurias, murmuraciones que siente dezir de otros. Ha de ser mas sobrio en el beber, y templado en el comer que todos. No puede hauer mayor escandalo en el Monasterio, que el Perlado este harto, y los Subditos con hambre: y que el Perlado coma bien, y los Subditos mal, y q̃el Perlado coma pan reciente fresco, y los Subditos mas viexos quel duro, y quel Perlado beua buen vino, y los de mas que no vale nada, y el Prouincial que lo sabe y no lo castiga bien seue claro que merece ser de su oficio priuado. Hà de

ser

ser el Perlado mas prudente, y sabio, que todos; y mas honesto en el hablar, y sancto en el conuersar, que todos. De la boca del Perlado no hà de salir palabra deshonesta, injuriosa, o ciosa, o vana, o ad isproposito; Finalmente hà de ser el Perlado de tal manera, que los Subditos no tengan temor de manifestalle sus necessidades, y tengan temor, y verguença de dezir delante d'el palabras deshonestas, ociosas, o vanas, ò à disproposito, ò en perjuizio de alguno; porque en tal caso ellos hablando semejantes palabras declaran primero no ser Religiosos, sino secundum quid nomine tenus, y tambien declaran juntamente tener en poco el Perlado, pues delante d'el no tienen verguença, o temor de dezir semejantes palabras. Sed de hac re vide clarius in materia de Sacerdotibus, tit. A quibus Sacerdos tenetur se abstinere.

PRAELATVS aduertere debet, pro declaratione prædictorum, quòd si omnes istæ proprietates, & virtutes, quæ raró simul inueniuntur in vno, & in obseruatione illarum non est parùm difficultatis, non essent necéssariæ in Prælato, in tali casu quamplurimi Religiosi (idest infiniti, & sine numero) vellent esse Prælati, & similiter Prælati in tali casu non haberentur in tanto honore, & reuerentia, non solum apud ipsos Religiosos, sed etiam apud Saeculares; & in electione Prælati esset magna dissentio, & perturbatio. Si con hauer de ser la vida del Perlado de gran sanctidad, penitentia, solicitud, y cuydado, hay muchos que quieren ser Perlados, que me haria, si la vida del Perlado huuiesse de ser delicada, regalada, de buen comer, dormir, sin cuydado, como la de los Principes Seculares, que viuen de su Patrimonio, y no estan obligados a ser dechado de penitentia, de sanctitad, de vida de los demas.

S. Thomas opusc. 61. de offitio Sacerdotis; Stella de vanitate mundi 1. p. cap. 25. Dominicus Valtanas de doctrina Christiana, fo. 232. Oratorio de Religiosos de Fray Antonio de Gueuara Obispo de Mondoñedo cap. 18, fol. 93. Melchior de Sancta Cruz 1. p. folio 8.

Consideratio Praelaturam desiderantibus.

QVOMODO vult esse Prælatus, idest Pastor vitæ aliorum, qui nescit suam propriam custodire? idest, qui nescit gubernare seipsum; quomodo alios gubernabit? videlicet suam Rempublicam. Quomodo vult esse custos alienarum vinearum, qui suam propriam nescit custodire? idest qui nescit habere curam animæ suæ, quomodo curam animarum aliorum habebit? Si vni Angelo custodio, cùm sit spiritus purificatus, placet sibi habere curam solum vnius personæ sub protectione sua; quis est homo, qui vult esse Prælatus, idest qui curat habere multos sub cura sua, cùm sit debilis, idest imperfectus in suis moribus, vita, & lo-

quela, vel in obseruantia suarũ constitutionũ, vel regulæ suæ Religionis.

quòd multi peccant venialiter nobis scientibus, & præsentibus, & quia ex his possunt sequi iurgia, & lites inter simul discumbentes. Denique peccatum corrigendum debet esse mortale. Quarta conditio est, vt correctio fiat ex charitate procedens, non verò ex odio, aut ex iniquitate; & cum moderatione charitatis ex compassione, non autem cum duritia, & asperitate, la buena reprehension no quiere ser muy dura tenga parte de blandura, quia correctio cum asperitate magis nocet quàm prodest; & similiter magis nocet, quàm prodest, quando fit cum infamia, vel scandalo prætermisso ordine charitatis; nam sicut ignis facilè saltat de loco ad locum, ita correctio facta cum scandalo facilè in vicinos saltat: & similiter est necessarium quòd corrigens careat tali peccato, ne corrigendus scandalizetur, & quod similiter corrigens possit corrigere sine suo graui damno. Sed nota, quòd si peccatum corrigendum occultum fratris sit in damnum Reipublicæ, vt si (verbi gratia) quis sit hæreticus, nigromanticus, vel si velit occultè comburere ciuitatem, vel tradere illam hostibus, vel si subuertat Christianos à fide, vel si velit occidere Regem, in tali casu non est facienda correctio, quia tale peccatum non cadit sub correctione fraterna, cum sit contra communitatem, & fidem, sed tale peccatum & malefactores secretè reuelandi sunt Iudici tanquam Patri: & in tali casu Iudex potest procedere ad inquisitionem, etiam infamia non præcedente, quia sufficit vt habeat vnum aut duos testes, vel aliquod indicium benè probatum, quia ex mero officio suo procedit, & præcipitur, vt sic procedat per Clementinam de hæreticis, quia procedit super crimina periculosa, in alijs autem criminibus non potest procedere contra aliquem in particulari, nisi procedat infamia, nam nullus tenetur ad accusandum quando non potest probare. Sed si quis dicat, quòd postea cognita veritate corrigendus occidetur, & reuelator erit irregularis. Respondetur primò, quòd bonum commune præferendum est bono particulari. Secundò respondetur, quòd quando reuelator similia delicta reuelat Prælato, aut Iudici tanquam Patri, vt dictum est, debet reuelare illa cum protestatione prius facta in Scripto, aut verbo, dicens, quòd reuelat tale delictum citra pœnam sanguinis, idest quòd ipse non vult ex tali reuelatione vt Iudex porrigat ei pœnam sanguinis, sed solùm vult remedium in tali re, & isto modo reuelator non erit irregularis, quamuis postea ex causa sua alicui sequatur mors; sicut Clericus benè poterit petere iustitiam contra latronem, vel malefactorem, & reuelare tradimentum, & tradere latronem Iudici, vt recuperet bona sua, & damnum sibi factum in sua persona, vel bonis, modo protestetur scripto, aut verbo se nolle vt Iudex eroget ei pœnam sanguinis, sed solùm vult bona sua recuperare, idest damnum factum in sua persona, honore, vel bonis; & isto modo non erit irregularis, quamuis postea latro, aut malefactor suspendatur; nam quamuis verum sit, quòd vnusquisque iniurias remittere teneatur, quitando el mal rancor, del cora-

çon

çon aunque no le pidan per don, quia est præceptum Domini; Dimittite, & dimittemini. & sine tali remissione proximus amari non potest, sicut præcipitur in Euangelio. Sed hoc intelligitur quoad affectum animi, quia tenemur amare inimicum amore saltim naturali in genere, nisi sit in inferno, & auxiliari ei existenti in extrema necessitate temporali, aut spirituali, & non eximere eum ab oratione communi. Todo esto haçe el que se determina no vengarse por si sino per manos de iusticia, porque ni Dios ni los proximos sean ofendidos, ni los malos perturben à los buenos, y quel que ofendio haga penitentia de su peccado, y biua de suerte que meresca el cielo, el questo hace esta en buen estado, aunque pida a la iusticia que castigue al que le ofendio, procurar quel mal o sea conforme à iusticia castigado, no es peccado sino actu de vertud siempre fue bueno el deseo del castigo insto de los malos, como no sea por odio, ni mal fin, si no por zelo de iusticia de suerte quel ofendido no esta obligado à perdonar el daño, que le an heho bien puede pedir por iusticia, que se castigue el que le ofendio conforme à derecho, y en algunos casos peccaria mortalmente en no haçello en quanto es de su parte, como si por no castigarle este ofendiese mas à Dios o se diese ocasion à los atreuidos que hiciesen males. En pero cesando estos inconuenientes viendo humillado al ofendedor obra es de perfection perdonar la ofensa, ansi lo aconsexa Christo nuestro Señor, y es bien que todos lo agamos, à lo menos no dar quexa del delinquente, si no remitillo à la iusticia, que ella haga iusticia. Nota, quòd inimico non teneris signa amoris ostendere, nec cum eo loqui, dummodo non sit scandalum, sed salutantem salutare teneris, & veniam petenti dare sufficit, non odisse eum, & paratum te esse in necessitate ei subuenire.

SED dicet aliquis quid teneatur facere, (verbi gratia) Petrus quando in loco secreto absconditus audiuit, quòd Franciscus cum suis amicis tractauerunt occultè occidere Ioannem, respondetur, quòd Petrus in tali casu tenetur quærere hominem doctum, & ab eo quærere quid teneatur facere in hac re. Secundo respondetur, quòd Petrus poterit mittere Epistolam ad Ioannem occultè taliter vt Ioannes non intelligat vnde illa epistola sit illi missa, in qua sit scriptum, Ioannes non ambules solus. quia non deficiunt volentes te occidere. Nota, quòd nonnulli dicunt, quod in tali casu Petrus tenetur correctionem facere Francisco, dicendo illi, quod non occidat Ioannem. Sed hæc opinio non placet, quia Franciscus poterit negare, dicendo, quod ipse nunquam tractauit occidere Ioannem. Et si concedat, poterit dicere, quod non occidet, & postea occidet. Alij verò dicunt, quod Petrus debet Franciscum accusare, vel denunciare superiori, vt non faciat hoc malum. Sed hæc opinio non placet, quia cum Petrus hoc non possit probare, de facili multa mala poterint ei venire, & similiter Francisco, præter infamiam. Alij verò dicunt, quod Petrus debet monere Ioannem, dicens illi, quod vigilet, quia inimici

mici eius volunt illum occidere, non nominando personas. Sed talis opinio non placet, quia poterit dicere Ioannes Petro, dic mihi tales inimicos, aliàs ego te occidam, & si illum velit occidere dicunt, quod in tali casu Petrus poterit dicere illi tales inimicos, quia pellem pro pelle, & cuncta quæ habet dabit homo pro vita sua, & quia magis tenetur homo vitæ suæ propriæ, quàm vitæ alterius equidem ex charitate, & bono celo; motus fuit Petrus facere id, quod fecit, sed postea propter timorem qui cadet in constantem virum, fuit coactus nominare tales personas. Dicendum tamen est, quod in his omnibus standum est consilio prudentium.

Ibañes 2.2.quæst.33. Dominicus Valt. de doctrina Christ. fol 177. Philippus Diaz in Sermonib. Quadrag. 2.par.fol 216. Syluester verbo Correctio. §. 3. & 4. Guilielmus Pepinus in Sermonib. Quadrag fer.3. post 3. Dom. Tolet. de instruc. Sacerd. lib 4 cap.10. fol.169. Sotus 5. de iustit. q.1. art.8. & q.5. art. 1. Medina lib.1. cap 11. §.10 & cap.14 §.16. Caietanus verbo Vindicatio. Flores Theolog quæstion. 1. par. fol 118. & 2 par. de restitutione, fol 345. Pedraza fol.50. Nauarrus lib. . Consil. de Homicidio cons.9. fol.140. & cons 11. & cons 18. & in Manuali, cap.27. num.226. Aphorismi Confessorum tit. Charitas. & tit. Corripere. Dominicus Val de doctrina Christ. en la declaration del Pater noster. fol 279. & tit. de la Ira. folio 67. & 68. Thomas Eliseus de Correctione, fol.374.

Tertia Consideratio circa Correctionem.

NOTA que los preceptos, y excomunicationes que en las visitationes hazen los Perlados, para que les discubran los delictos de los subditos anse de entender guardada la correction fraterna, y no de otra manera, y si el Perlado mandase lo contrario peccaria, y no es el subdito obligado à obedecelle en ello, y no es la intencion de los Perlados que visitan en sus mandamientos, que los subditos les reuelen peccados secretos, ni peccados enmendados.

NOTA, quòd si Petrus (verbi gratia) sciat de Ioanne aliquod peccatum occultum, de quo Petrus debuit, & facere correctionem fraternam ipsi Ioanni, & non fecit, & superior præceperit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ scientibus illud crimen Ioannis, vt reuellent ipsi. Petrus, in tali casu non tenetur reuelare superiori tale crimen, quia magis Deo quàm hominibus est obediendũ, qui præcepit occulta non reuelare, nisi in his casibus scilicet, quod præcesserit infamia de tali crimine, permulta indicia contra Ioannem, vel quod sit semiplena probatio .i. vnus testis fidedignus oculatus, vel quod Ioannes fuerit persona infamis, maximè in similibus criminibus. His ergo remotis non tenetur quidquam Petrus dicere contra Ioannem, aliàs peccabit mortaliter.

nam

nam illud scitur quod probabiliter scitur, & quando scitur aliquid per vnum historum modorum scitur secundum leges. Idem dicendum est de teste, quando à Iudice petitur iuramentum de veritate dicenda de aliqua re ab ipso scita, visa, vel dicta occultè contra reum, quod si sint contra reum, de tali re indicia sufficientia, vel infamia, vel semiplena probatio, in tali casu tenetur dicere veritatem ad mentem iudicis, aliàs peccabit mortaliter, & tenetur ad restitutionem damnificato. Nec obstat, quòd iurauit amico seruare tale secretum, quia debet intelligi salua iustitia, vel quod possum reuelare quantum iura præcipiunt, si autem contra reum de illa re, de qua interrogatur, testis non sit infamia, aut semiplena probatio, aut indicia manifesta, in tali casu testis non tenetur dicere veritatem, quia peccabit, & ad nullam tenetur restitutionem, sed in tali casu poterit respondere Iudici, nescio quod rogas, vel nihil scio de hac re intelligendo, scientia publica vt tibi manifestum. nam iuramentum de veritate dicenda intelligitur semper salua cōscientia. Idem dicendum est de reo scilicet, quod tenetur dicere veritatem Iudici petenti ab eo iuramentum de veritate dicenda circa delictum à se commissum, quando iudex contra eum iuridice procedit, idest quando contra reum sunt indicia manifesta de tali crimine ab eo commisso, vel infamia, vel semiplena probatio, aliàs non. Sed in his omnibus consule peritos, nam nos breuitatis causa multa relinquimus, quæ pro declaratione ipsarum rerum dicenda erant.

Gaietanus 2.2. quæst. 69. art. 1. Sotus lib. 5. de iustitia q. 6. art. 2. Corduba q. 69. & q. 65. Nauarrus cap. 18. num. 57. & cap. 25. num. 44. Decisiones aureæ lib. 3. cap. 7. § 13. Medina de instructione Confessorum. lib. 1. cap. 14. §. 35. Summa Armilla verbo testis. §. 10. & verbo accusatio. §. 22. Thomas Eliseus de correctione fraterna. fol. 374. Dominicus Valtanas de correctione folio 177.

Consideratio Praelatis, vt sunt Iudices.

PRAELATVS aduertere debet, quòd si quis suorum Relgiosorum per humanam fragilitatem peccauerit, illa sit ab eo obseruianda præceptio, vt illum arguat, obsecret, increpet in omni bonitate & patientia; cùm sæpe erga corrigendos plus valeat beneuolentia, quàm austeritas, plus exhortatio quàm comminatio, plus charitas quàm potestas. Considerare debet Prælatus, quòd nulla res est, quæ tantùm humiliet Subditum correctione dignum quam suauis & mitis repræhensio, præcipuè quando corrigendus intelligit, quòd Prælatus diligit eum, & quòd se habet sua correctione vt Pater erga filium, & non vult eum persequi; sed solum vult suæ vitæ emendationem, & facere sua correctione quod debet, & tenetur ratione sui officij; Econtra verò nulla res est, quæ magis induresçat Subditum, quàm aspera, & iniuriosa repræhensio, præcipuè si

Subdi-

Subditus intelligat quòd Prælatus non habet amorem erga illum, nec se habet sua correctione vt Pater erga filium, sed vt dominus erga seruum. Denique Prælatus tali modo debet corrigere Subditum defectuosum in suis moribus, vita, aut loquela, compositione, vel in obseruatione Constitutionum suæ Religionis, & similiter punire illum magis, vel minus secundum qualitatem delicti, quòd ipse Subditus videat, quòd corrigit, & punit illum non rigore domini, sed amore Patris. Finalmente el Perlado mas sea depreciar de manso, y misericordioso que de cruel riguroso.

PRAELATVS aduertere debet, quòd quamuis licitum sit illi correctionis gratia, non verò animo iniuriandi, vti verbis contumeliosis circa subditum punitione, vel correctione dignum ad repræhendendum illum; tamen circa Subditos suos in sacris constitutos rarò, aut nunquam debet vti verbis contumeliosis, quia tenetur seruare honorem, & authoritatem illorum ratione Ordinis sacri, & quia isti non venerunt ad seruilia, & vilia Conuentus, sed ad honorabilia; considerans, quòd ferita lanceæ, vel cultelli multoties consolidatur, sed ferita verbi contumeliosi rarò, aut nunquam, sed bonis & modestis verbis, secundum auctoritatem illorum tenetur illos corrigere. Ratio est. quia Subditus, quamuis similibus verbis contumeliosis restat humilis coram Prælato, tamen in corde suo quantò magis subditus est nobilis hijo. dehonrados padres, vel in se est honoratus, vel in dignitate, vel in ætate constitutus, tantò magis restat vulneratus, mas siente vna correction pequeña el ques hijo de padres honrados, que vna muy grande el ques hijo de villanos. Nota, quòd infamanti alterum teneris resistere, saltim proferendo vultu tibi non placere. Aliter se res habet de Seruitoribus famulis Conuentus, venientibus ad seruilia, quibus Prælatus potest verba dura dicere, quando opus fuerit, parùm enim isti vt in plurimum de honore curant. Similiter Prælatus aduertere debet, quòd potius nocet suæ Communitati, quàm prodest, dum publicè corrigit subditum, quem in secretò, aut coram paucis poterat corrigere. Denique Prælatus ea, quæ fraternaliter, & in secretò possunt corrigi, non cupiat prætextu boni communis ad iudicium deferre, idest in publicum.

Sotus lib. 5. de iustit. q 3. art. 3. & lib. 4. q 6. art. 3. Ybañez 2. 2. q. 33. art. 3. Aphorismi Confessorum, titulo Infamare.

Secunda Consideratio Praelatis, vt sunt Iudices.

PRAELATVS aduertere debet, quòd si, ob delicti grauitatem, virga, & flagello opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum benignitate seueritas adhibenda est. Nam ille, qui seueritate sine benignitate vult punire defectus aliorum, nunquam merebitur veniam suorum. Denique Prælatus eos, qui fragilitate peccauerunt,

runt, vel ignorantia, & in Confessione suæ propriæ culpæ humilitatem ostendunt, & veritatem confitentur, misericordiam petunt, tenetur punire illos visceribus matris, scilicet misericorditer; considerans, quòd ipse similiter est homo debilis, & fragilis sicut Subditus, & hac cõditione moderabit flagellũ; eos verò, qui malitiosè peccauerunt, & cũ superbia excusant suum defectum, tenetur castigare illos seueritate Patris, & rectitudine Iudicis, idest seuerè, peccata publica publice tenetur punire, secreta secreto modo. Eodem modo tenetur se habere in correctione facienda delectando se magis haberi pro mansueto, & misericorde, quàm pro Patre seuero, ac crudeli; nam tantò emendatio peccatoris est efficacior, quantò diligentior fuerit obseruatio in Prælato charitatis circa eum.

NOTA pro maiori declaratione, quòd Prælatus in defectibus puniendis debet vti misericordia, & seueritate; nam recognoscentibus suum defectum, & humiliantibus, misericordiamq; petentibus est miserendum, si non in totum vt alij timorem habeant, saltim in magnam partem; & similiter in his, quæ committuntur ex fragilitate, non habituatà malitia, quæ nec sunt scandalosa, possunt & debent similiter misericorditer puniri. Contumacibus verò, & cum superbia peccantibus, nullo modo cum his est miserendum, oleo de misericordia no se ponga donde ay malicia si no vino de iusticia. Et similiter non est miserendum his, qui operantur iniquitatem post plures admonitiones: Ratio est, quia est necessarium, vt ferro abscindantur vulnera, quæ fomentorum non sumpserunt medicinam. Tandem Prælatus, per salubria monita, nunc leuia, nunc aspera, diligenter tenetur intendere curare defectus suorum Subditorum; cauere debet ne sit nimis procliuis ad capturam alicuius; nam captura nõ est facienda, nisi pro grauibus excessibus, & notorijs, de cõsilio Patrum, vel Seniorum Conuentus. Quod si forte fortuna, ratione suorum delictorum, de consilio Patrum mittat aliquem in carcerem; caueat Prælatus ne carcer ita sit obscurus, aut terribilis, vt sit causa mortis, vel infirmitatis ipsius delinquentis. Caueat similiter Prælatus, ne præcipiat Subditis, vt nullus incarceratos visitet, aut cum illis loquatur, quia in tali casu tollit officium pietatis & misericordiæ, quod est visitare in carcere detentos, & consolari illos, & ne moriantur absque consolatione, tanquam Turci, vel Infideles, (quod Deus auertat) sed frequenter debet dare alicui licentiam, vt illos visitet, & consoletur. Tandem Prælatus ita prudenter tenetur se habere in punitione delictorum suorum Subditorum, ne sanguis illorum de suis manibus requiratur. Debet timere Prælatus ne illos offendat, & similiter rationem, quam de illis Deo reddere tenetur; & non debet Prælatus ponere in exequutionem in integrum leges rigidas, siue rigurosas; nam tales leges magis ponuntur ad expauendum, quàm ad illas obseruandas, toda lei ques rigurosa, mas se haze para espantar que no para castigar.

PRAELATVS aduertere debet, quòd quando duo simul sibi eueniunt

niunt circa Subditum corrigendum, vel puniendum, scilicet affectio naturalis, quam Prælatus habet circa illum, quæ dicit Prælato vt illum non puniat, nec corrigat, vel saltim dicit quòd non corrigat, nec puniat illum publicè; & officium Prælati, quod dicit Prælato vt propter bonum commune, & vtilitatem aliorum, vt illum publicè puniat, vel corrigat; in tali casu Prælatus magis tenetur satisfacere officio suo publicè puniendo illum, vel publicè corrigendo secundum indigentiam peccati commissi, quàm naturali affectioni suæ; aliàs malè faciet, & peccabit.

PRAELATVS aduertere debet, quòd si debitum iustitiæ compellerit ipsum in defectibus puniendis, corrigendis, disciplinam dare, pœnitentiam imponere, verba dura dicere; tamen non licet Prælato, quamuis in his modum excessisse sentiat, vt à Subdito veniam postulet, nè forte dum nimium seruatur humilitas Prælati cum Subditis iustè puniendis, vel corrigendis, auctoritas, & potestas Prælati gubernandi, corrigendi, vel puniendi illos, frangatur, vel minuatur, sed in tali casu tenetur satisfacere illis honorando illos, vel alio modo iudicio prudentis confessoris. Tamen est aduertendum, quòd si Prælatus odio, vel malignitate, vel ex proposito excedat, in tali casu tenetur à Subdito veniam petere, iudicio docti Confessoris, quia tenetur ad iniuriarum recompensationem. Prælatus similiter aduertere debet, quòd punitio, siue correctio est inutilis, quando sine prudentia, & discretione est facta; & in tali casu non prodest facienti, nec recipienti; discretio enim, quæ est veluti mater omnium virtutum, est maximè necessaria in Prælato, maximè in corrigendo.

Diuus Augustinus in sua Regula. Hector Pinct. lib. de la vida Christ. tit. de la Iusticia cap 3. & 2 par. Dialogor. dial. 4 cap. 14. Syluest. verb. Prælatus. §. 6. & verbo Correctio. & verb. Discretio. Decisiones aur lib. 2. cap. 64. §. 2. Dominicus Valt. de doctrina Christ fol. 221 & fol. 226. Stella de Vanitate Mundi, 3. par. cap. 29 El Maestro Aguayo Ordinis Prædicat. en el Sermon, que hizo en Roma en el Capitulo general año 1602. Scrutinium Sacerd. 2 par. de Visit. Episcop fol 6. Melchior de Sancta Cruz 1 par fol. 9. & 70. Saion de iustitia, q. 62. art. 2. controuersia 20. fol. 217 & q. 72. art. 3. fol. 514 col. 2.

Tertia Consideratio Prælatis, vt sunt Iudices.

PRAELATVS aduertere debet, quòd sicut Iudex sæcularis, qui est oculus Reipublicæ, ad iudicandum lites suorum ciuium, debet esse nudus, & purissimus ab omni affectione odij, vel amoris illorum, sicut (verbi gratia) lingua nõ poterit de saporibus benè iudicare, si sit infecta aliquo malo humore. Nota que el amor ciega la razon, y el odio trae consigo tinieblas con que se peruierte el juizio, quando son desordenados. Ita Prælatus, qui est oculus, & lumen suorum Religiosorum, & simul debet esse magis perfectus, & rectus in suis actionibus, quàm Iudex sæcularis,

laris, si vult imperfectiones suorum Religiosorum corrigere, delicta punire, lites iudicare, controuersias componere, debet esse liber ab omni passione, purissimus ab omni affectione odij, vel amoris, vel timoris illorum, ne in his dictis ratione odij, vel amoris se inclinet magis ad vnam partem, quàm ad aliam, el que administra iusticia no juzgue con afition, porque ciega la raçon. Considerare debet Prælatus, quòd iustitia non respicit Patrem, nec Matrem, sed rectitudinem rerum; aliàs, idest, si Prælatus non sit liber ab omni passione, affectione, debet dimittere Prælaturam, & officium, & similiter non acceptare illam, quamuis illi concedatur, quia nunquam exercebit benè officium suum; & ideò erit in peccato. Nota quel juez à de ser forastero, idest libre de parientes, y de amigos, y tãbien el Perlado para que en cosa del su gouierno, o de justicia no se incline mas à vna parte, que à otra, si no que haga rettamente su oficio, y à cada vno d' lo que la tocca, y conuiene à de aduertir el juez, primero que mas peligro ay en el que juzga, si no es des apasionado, que no en el q̃ adeser juzgado, y tãbien à de auertir quel que tuerçe la iusticia, no haciendo lo que deue sobre su cabeça llueue, y que el que no juzga rectamente presto vera sobre si terrible, y espantoso al juez riguroso.

ANSI como el peso es el mismo con que se pesa el oro, con que se pesa el plomo; ansi la Iusticia, con que se juzga al rico, al pobre, al amigo, y al enemigo, al pariente, o al que no lo es, hà de ser la misma. Hà de considerar el que fuere juez, que no solo tiene oficio de hombre, sino de Dios, à quien hà de dar la principal residencia; y esta residencia hà de tener el Iuez. siempre delante de sus ojos, si quiere hazier bien su oficio, y al tiempo de la muerte no hallarse con trabajo. O à quantos en tiempo de la muerte les pesa de hauer sido juezes, y Perlados si mientras que lo son no estan sobre si, y miran muy bien lo que hazen.

Consideratio Praelatis, Prouintiam visitantibus.

NOTA, quòd sicut custos carceris manducat, & bibit expensis in carcere detentorum, & magna libertate deambulat per plateam, idest prope carcerem, non visitat carceratos alio fine, nisi vt videat eos an sint bene catenis ligati, vel vt de nouo liget eos alijs maioribus vinculis, & catenis. Ita sunt nonnulli Prælati, qui manducant, & bibunt splendidè de expensis, vel eleemosynis ad quæsitis suorum Subditorum, & viuunt regalatamente, & magna libertate; non visitant illos, vt eos consolentur, ad quod tenentur primo, nec vt necessaria eis dentur tàm in sanitate, quàm in infirmitate, ad quod tenentur secundo: nec visitant illos, vt iustitia eis fiat, ad quod tenentur tertio: contra Prælatum habentem illos vt famulos in omnibus, quibus ab eo indigent; non verò vt Patres, fratres, & filios existimantem pro leuissimis culpis dare illis magnam pœni-

tentiam esse secundum Religionem, & Regulam, cùm secundum rei veritatem sit contra charitatem, & iustitiam; & similiter existimantem vocare illos magna auctoritate sine humilitate, & præcipere illis magna potestate sine amore & charitate esse proprium Prælatorum, cùm secundum rei veritatem sit proprium dominorum erga suos famulos, & seruos nummis emptos: nec visitant eos, ad prouocandos illos ad obseruantiam suæ Religionis, & ad amorem Dei, & ad vilipendium rerum huius mundi, ad quod tenentur quarto; nec visitant eos, vt animum eis præbeant, ne in itinere cœli deficiant, scilicet in ieiunijs, vigilijs, orationibus, & alijs exercitijs spiritualibus, ad quod tenentur quinto; sed solum visitant illos ad onerandos, & relinquendos eos plenos præceptis, censuris, & obligationibus ligatos, quas ipsi Prælati non obseruant, nec digito volunt tangere. Estos tales Perlados han de ser castigados, y priuados de su officio.

De Praelato, praecipiẽte suis Religiosis celebrare.

SED dicet aliquis. An Prælatus possit compellere Subditum ad quotidie celebrandum? Respondetur, quòd non; aliàs male faciet, & peccabit. Sed nota, quòd si Subditus velit quotidie celebrare, benè poterit, dummodò non sit in peccato mortali, & credat se esse in gratia Dei; nam si existimat esse in peccato mortali, in tali casu celebrans peccaret mortaliter. Denique peccatum mortale, aut Ecclesiæ prohibitio, scilicet excommunicatio est impedimentum, ne quis ad Eucharistiam accedat. Quapropter Subditus, si (verbi gratia) sit in peccato mortali, vel occultè excommunicatus, non tenetur Prælato suo præcipienti vt celebret obedire; sed tenetur se excusare, dicendo; quòd non se reperit idoneum ad celebrandum, vel quòd est infirmus; intelligendo de infirmitate animæ suæ. Hà se de auertir que celebrar la Missa no escusatan facil como algun Sacerdote ignorante distrahido poco recogido, y deuoto, piensa quiero decir que no es cosa tan facil como el que se quiere yr à pasear, ò hazer otra cosa, que no à menester sino tomar la capa. Yir se fuera de casa en pero para auer de celebrar la Missa es menester tener antes, vn poco de oracion, o contemplacion, y consideracion, y deuocion del sacrificio, que va à celebrar, y de à quel tan alto Sacramento, que à de reçebir, y es menester tambien que tenga buena consciencia à lo menos queste sin escrupulo de peccado mortal, por tanto el que no tiene estas cosas mexor es que no celebre quiero decir el que anda distrahido en cosas seculares, y no tiene deuocion, o si tiene mala consciencia, no à de celebrar. Secus est, si sit in peccato veniali; nam in tali casu poterit celebrare, quia accedere ad Eucharistiam cum conscientia venialium, non est peccatum mortale; nam venialia, quamuis sint infinita, non priuant gratia Dei, nec impediunt augmentum illius. Sed aliquo modo ratione illorum charita-

tis fer-

tis feruor frigesit; idest, peccata venialia refrigerant charitatem, non tamen extinguunt illam. Secunda ratio est, quia peccata venialia purgantur per Confessionem generalem ipsius Sacerdotis celebrantis in introitu Missæ; nam in tali casu Sacerdos absoluitur à venialibus à Seruitore Missæ, quamuis sit sæcularis, & hoc auctoritate Ecclesiæ, quæ habet potestatem supra venialia; & quia talis Confessio quamuis non sit Sacramentum, est quodam Sacramentale. Est tamen aduertendum, quòd quamuis venialia non sint de necessitate confitenda; idest, quamuis nullus ad Confessionem venialium teneatur, nec cogi possit ad venialia confitenda; & cùm quis illa confitetur, nec cogitur omnia dicere, nec vllam pro illis acceptare pœnitentiam: tamen laudabile est illa confiteri ob maiorem puritatem, & perfectionem, quia sunt materia Confessionis, sed non necessaria; & per Confessionem illorum augetur gratia, & pœna Purgatorij remittitur, & propositum non peccandi mortaliter renouatur; & ideò de venialibus solent Religiosi confiteri ante Missæ celebrationem, vel Communionem. Sed de hac re vide in materia de Sacerdotibus, titulo Consideratio Sacerdoti post Missæ celebrationem.

Victoria de Sacramentis, tit. de Confess. quæst. 148. & q. 12. & de Eucharist. quæst. 76. Didacus Perez de frequent. Sacram. Eucharist. cap. 4. Bartholomæus Angel. dial 5. §. 211. Candelab. de Confess. quæst. 50. & sequentib. & de Sacram. Eucharist. q. 106. Medina de instruc. Confess. lib. 1. cap. 20. Toletus de instruc. Sacerd. lib. 2. cap. 3. Sotus in 4. dist. 18. q. 4 art. 2. & dist. 12. q. 1. art. 4.

Consideratio quotidie celebrantibus.

NOTA, quòd quamuis laudabilius sit quotidie celebrare, idest quotidie sumere Eucharistiam ex suo genere, idest ex parte ipsius Sacramenti, quàm abstinere, videlicet illi, qui quotidie est paratus. Prima ratio est, quia Eucharistiæ Sacramentum datum est nobis in cibum ad reficiendas ruinas spiritualis vitæ, quas nostra efficit sensualitas. Secunda ratio est, quia ille qui celebrat, idest communicat, consequitur gradum gratiæ Sacramentalis; nam Eucharistia confert gratiam ex opere operato sumenti ipsam, quam gratiam non assequitur qui non celebrat. Quibus de causis, qui se inuenerit cum deuotione, non distractum in rebus sæcularibus, laudabiliter poterit quotidie celebrare. Quapropter dicitur. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Sed nota, quòd si consideretur Eucharistia, ex parte nostra, ex qua requiritur reuerentia, & deuotio ad ipsam Eucharistiam recipiendam secundum hoc non est conueniens vt homo accedat quoties potuerit, sed quòd expectet commodum tempus quo sit deuotus; & quia multoties quampluribus Sacerdotibus occurrunt deuotionis necessariæ impedimenta ad celebrationem, ideò non est vtile omnibus Sacerdotibus quotidie celebrare, sed solùm

quoties

quoties Sacerdos se deuotum & præparatum inueniat; imò laudabile est aliquando à celebratione Missæ se abstinere. Quapropter S. Augustinus dicit, Quotidie ad Eucharistiam accedere, nec laudo, nec vitupero. Ideò laudabilis est consuetudo illarum Religionum, in quibus inuenitur vt in omni hebdomada duo dies concedantur singulis Religiosis, quos ipsi eligere voluerint, in quibus non celebrent, si velint. Et S. Thomas, vt habetur in vita illius, feria quinta se abstinebat à celebratione Missæ, ob reuerentiam tanti Sacramenti. Et in aliquibus Conuentibus Religiosorum non omnes Sacerdotes celebrant Missam quotidie, sed vna pars illorum vna die, altera verò alia die, omnes autem in Dominicis, & festis diebus, & similiter in alijs diebus, quando videlicet occurrente aliqua causa fuerit necessarium. Ratio est, vt in illis diebus, in quibus tenentur celebrare, cum maiori præparatione, auiditate, & puritate conscientiæ celebrent; Nam tantò maiora bona spiritualia accipiunt Sacerdotes à Deo, quantò cum maiori deuotione, auiditate, & præparatione accedunt ad celebrandum.

Secunda consideratio quotidie celebrantibus.

NOTA, quòd si Religiosi sanctæ vitæ intra claustra cōmorantes, idest cōfabulatione, & habitatione mulierū separati, quæ separatio multum valet, vt dictū est in materia de Clericis, ad castitatē seruandam, necessariā ad Missæ celebrationē. Et similiter Religiosi sunt à negotijs sæcularibus separati, quod multū valet ad orationē, & mentis in Deum eleuationem, quod quidē similiter est necessarium ad Missæ celebrationem. Et similiter Religiosi sunt frequenter ieiunantes, & vigilijs, & orationibus, & alijs asperitatibus, continuisq; laboribus suæ Religionis corpus suum macerantes, quæ omnia similiter valent ad castitatem seruandam necessarium, vt dictum est ad Missæ celebrationem; nam sicut caro melius conseruatur cum sale, quàm cum saccaro, vel inter rosas; ita castitas melius conseruatur ieiunio, & asperitate, nam delicijs, suauitate, lautè manducando, vel bibendo deperditur, idest castitas dormitione, comestione, regalo deperditur; & nihilominus tamen, vt dictum suprà, se abstinent in hebdomada per aliquos dies à celebratione Missæ, vt in illis diebus, in quibus tenentur celebrare maiori cum præparatione, auiditate, & puritate conscientiæ celebrent. Quantò cum maiori ratione tenentur in hebdomada per aliquot dies se abstinere à celebratione Missæ Sacerdotes (verbi gratia) illi, qui cum mulieribus habitant, confabulantur, vel per vias, & plateas ciuitatis sine causa consumunt tempus deambulantes, vel negotia sæcularia tractantes, vel nullam secum pœnitentiam facientes, quandoquidem omnia ista magis prouocant ad corporis libidinem, & mentis distractionem, & sæculi vanitatem, & huius mundi vana desi-

desideria, quàm ad Dei amorem, deuotionem, orationem, & castitatis obseruationem, quæ omnia necessaria sunt ad Missæ celebrationem. Sed de hac re vide clariùs in materia de Sacerdotibus, tit. consideratio Sacerdoti post Missæ celebrationem. Hà de aduertir el Sacerdote, que mayor deuocion, y preparacion es necessaria para celebrar, que no para comulgar; y pocos son los que tienen deuocion para poder comulgar cadadia quanto mas para poder celebrar, y que los que comulgan à quel dia no se ocupan sino en loar à Dios, y en sanctos exercicios.

Syluester verbo Eucharistia 3. §. 7. Sotus in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 1. Candelabrum de Eucharistia, q. 1. & q. 139. Medina de Instruc. Confessorum lib. 1. cap. 14. §. 42. Dominicus Valtan lib. de Doctr. Christ. cap. de la Luxuria. & cap. de la Abstinentia. Victoria de Sacramentis, tit de Eucharist. q. 105.

De Praelato, praecipiente suis Religiosis celebrare pro sua intentione.

SED dicet aliquis. An Religiosus, quando celebrat, teneatur obedire Prælato suo, præcipienti vt celebret Missam pro sua intentione, scilicet pro his, qui eleemosynam Monasterio tribuunt, sub præcepto, vel onere vt sibi Missa dicatur, aut pro fundatore Conuentus? Respondetur, quòd sic: Sed est aduertendum, quòd si talis Religiosus inobediens fuerit Prælato, & offerat Missam de facto pro alio, scilicet pro suis parentibus, vel amicis, & non pro intentione Prælati, valet applicatio Subditi contra voluntatem Prælati. Ratio est, quia Christus Dominus noster actum consecrandi, & offerendi liberum instituit, & vult, vt pendeat applicatio Missæ ex libera Sacerdotis celebrantis intentione, sicut in administratione Sacramentorum Ecclesiæ requiritur intentio propria, & personalis Saceredtis ad ministrantis tale Sacramentum. Sicut (verbi gratia) si quis Sacerdos inuitis parentibus infidelibus, aut inuito Parocho baptizet infantem, valet applicatio Baptismi; si verò Sacerdoti baptizanti desit intentio baptizandi, in tali casu peccaret contra præceptum Christi, & Ecclesiæ, & non valeret Baptismus. Ita in celebratione Missæ requiritur propria, & personalis Sacerdotis intentio celebrandi, & faciendi totum, quod Christus instituit, & Ecclesia ordinauit; si aliter in illa consecratione intenderet, aut intelligeret, nihil faceret. Secunda ratio est, quia Superior non potest voluntatem, & intentionem Subditi irritare, tàm in celebratione Missæ, quàm in administratione Sacramentorum, quia tunc operatur Sacerdos tanquam qui Christi vices gerit, idest vt Christi Minister, per potestatem ab eo datam in sua Ordinatione. Tertia ratio est, quia actus consecrandi conuenit Sacerdoti ex vi potestatis caracteris Sacerdotalis, vt patet ex forma Ordinationis illius, scilicet, Accipe potestatem offe-

offerendi Sacrificium pro viuis, & pro mortuis. Et talis actus consecrandi non requirit iurisdictionem. Vnde sequitur, quòd nihil refert, quòd Religiosus nihil proprium habeat, quia non est priuatus, nec potest priuari intrinseco dominio suæ intentionis, & voluntatis, ratione cuius potest velle contrarium illius, quod Superior vult. Denique homo super alterius hominis intentione non habet potestatem, nisi solus Deus. Quod si Religiosus, quando tenetur celebrare pro obligatione sui Conuentus, celebrat pro alio, tenetur postea resarcire damnum, idest celebrare pro suo Conuentu; vel dicere Prælato, aut Sacristæ, quòd non celebrauit pro Conuentu, sed pro sua intentione.

Syluester verbo Missa. §. 12. Henrriquez de Sacrif. Missæ, cap. 21. Suarez 3. par. quæst. 8. art. 1.

De Praelato, praecipiente suis Religiosis accipere eleemosynas pro Missis celebrandis.

SED dicit aliquis. An possit Religiosus duas eleemosynas accipere pro vna Missa de mandato sui Prælati, hoc illi præcipientis, propter paupertatem Conuentus? Respondetur, quòd non; quia peccabit mortaliter, & tenebitur ad restitutionem, quia tale mandatum Prælati in hac re nihil valet; nam Prælatus non potest duas eleemosynas accipere pro vna Missa, nisi solùm vnam, scilicet illam, quæ est determinata ab Episcopo, vel est in consuetudine Terræ, vt detur; aliàs frustra esset talis consuetudo, vel lex posita Episcopi de eleemosyna Missæ; & per consequens potestatem, quam ipse Prælatus secum non habet, alteri dare non potest, nisi de licentia Papæ hoc faciat; quam Papa raro, aut nunquam concedit, vt pro vna Missa, quæ est res spiritualis, & non est emibilis, aut vendibilis, & gratis iussa est à Domino dari plures eleemosynæ recipiantur. Secunda ratio est, ne detur occasio lucri in rebus merè spiritualibus, quæ gratis sunt administrandæ: Quapropter si verum est, quòd licentia Papæ ad hoc est necessaria, nulli ergo licebit hoc facere sua propria auctoritate. Tertia ratio est, quia Prælatus non potest satisfacere duobus vnica Missa volentibus singulis suam Missam, quamuis in ea recitet plures orationes: Et hoc potest probari ex S. Concilio Tridentino sess. 25. cap. Contingit. vbi habetur, Minimè posse Sacerdotem satisfacere pluribus obligationibus vnica Missa; & per consequens Prælatus non potest duas eleemosynas accipere pro vna Missa; nec talem facultatem, quam ipse non habet, alteri concedere. Nota, quòd sicut nullus est ordinandus ordinibus sacris antequam habeat Beneficium, aut Patrimonium ad suam congruam sustentationem, ne postquam sit ordinatus, contingat eum mendicare in opprobrium Ordinis Sacerdotalis, quia non licet mendicare ijs, qui pauper-

paupertatem voluntariam non profitentur, & propter alias causas, quae inuenies in materia de Episcopis, titulo de Episcopo circa ordinandos homines pauperes. Ita nullus Religiosus est ordinandus vsque sit professus, nam in Religiosis professio Religionis habet titulum Beneficij, & voluntaria paupertas pro operibus computatur; quibus de consilio, & ratione suae maioris perfectionis vitae, quam habent super alios Sacerdotes, non Religiosos cōdecit gratis Missam celebrare, ad imitationem Beatorum Apostolorum, vt mysteria sancta Dei maiori puritate celebrentur, & fiant. Sed de hac re vide clarius in materia de Sacerdotibus, tit. de Sacerdote paupere circa eleemosynam Missae: & in materia de Parochis, tit. Consideratio Parochis circa Missae valorem.

SED dicet aliquis. Papa concedit aliquando non solùm pauperibus Religiosis, sed etiam Ecclesijs Hospitalium pauperum vt minori Sacrificiorum numero pluribus eleemosynis à Mortuis relictis satisfaciant; & Episcopi interdum, si expedire iudicauerint, minuunt numerum Missarum ex antiqua obligatione dicendum: ergo signum est, quòd accipere duas eleemosynas pro vna Missa, non continere intrinsecam iniustitiam; aliàs non posset Papa, vel Episcopus minuere numerum Missarum à mortuis derelictum? Respondetur, quòd Episcopus hoc non potest facere, nisi quando redditus Missarum sunt insufficientes ad tantum numerum Missarum; idest, quando eleemosyna relicta à Mortuis pro Missis dicendis est ita minima, que ya no se halla quien quiera dezir Missa por tan pequeña limosna; vel quando Episcopus, alijs iustis de causis, potest instituentis voluntatem interpretari. Nec etiam Summus Pontifex potest hoc facere ex sua mera voluntate, quia non est dominus omnium temporalium bonorum, etiam illorum, quae Ecclesiae relicta sunt, sed dispensator; & ideò solùm potest hoc facere per modum iustae dispensationis ex causa rationabili, quae esse potest; vel quia iam moraliter est impossibile omnibus obligationibus ad aequalitatem satisfacere. Et ideò quando minuit numerum Missarum à Mortuis derelictum, vel dispensat, vel interpraetatur, vt satisfactio fiat aliquo prudenti modo possibili. Accedit, quòd Summus Pontifex potest ex thesauro Ecclesiae applicare quidquid satisfactionis in eo casu minuitur ijs, qui eleemosynam Missarum reliquerunt, vt piè, & probabiliter creditur ita facere.

Bartholomaeus Angel. dial. 5. §. 763. & §. 772. Xuarez 3 par. q. 83. artic. 2. Nauar. cap. 25. num. 92. Decis. aur. lib. 2. cap. 44. §. 1.

De Praelato, circa Applicationem bonorum spiritualium suorum Religiosorum.

PRO declaratione tituli aduerte, quòd opera bona voluntarie facta ab existente in gratia, scilicet Oratio, ieiunium, aut eleemosyna, vel

alia similia bona, habent duo prætiosa apud Deum; scilicet, sunt meritoria facienti illa de condigno, idest de rigore iustitiæ augmenti gratiæ, & gloriæ: & similiter sunt satisfactoria de condigno pro pœnis soluendis suorum peccatorum. Nota, quòd meritum de condigno dicitur, quando operatio æquiualet præmio; denique opera nostra in gratia facta sunt tantæ virtutis, vt mereantur de condigno præmia æterna. Ratio est, quia gratia est participatio diuinæ naturæ, idest, del ser diuino de valor infinito, ya arra de la gloria, donum spirituale supernaturale in fusum à Deo in anima valoris infiniti, cum quo opera nostra ascendunt in cœlum, idest gratia est forma creata à Deo nobis gratis à Deo data, faciens habentem illam gratum, reddens opus eius meritorium, & satisfactorium. Dicitur creata ad differentiam gratiæ increatæ, quæ est ipse Deus, qui quidem, propter immensam suam perfectionem, non potest esse forma alicuius rei. Assi como las pelotas de plomo, aunque de suyo descienden para abaxo, empero con el fuego de la lombarda, o tiro de bronze suben à lo alto; assi nuestras obras aunque de suyo valen poco, empero con la virtud de la dicha charidad y gracia, con que se hazen, suben al cielo, y son meritorias de augmento de gracia, y de gloria a cerca de Dios, y satisfactorias.

PRO declaratione aduerte secundò, quòd si homo non sit in gratia Dei, idest si sit in peccato mortali, in tali casu non potest mereri gratiam, quæ est necessaria ad hoc; vt homo suis bonis operibus possit mereri augmentum illius, & remissionem pœnæ suorum peccatorum. Ratio est, quia nulla actio nostri liberi arbitrij, quantumcunque bona sit, per solum concursum generalem Dei illicita potest esse causa gratiæ, quia non potest esse condignitas propter maximam inæqualitatem: quapropter gratiam nullus potest mereri, cùm sit superioris ordinis, nisi solùm Christus Dominus noster, sit ipse benedictus in sæcula, qui meruit nobis illam de condigno suis proprijs meritis infiniti valoris, erat enim Deus, vt detur nobis illa in Sacramento Baptismi, & Confessionis dignè receptis. Aduerte, quòd gratia gratis datur respectu personæ, cui datur, quia non propter eius merita datur, sed Christi: & quando dicitur, quòd facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam, intelligitur de congruo, idest, si Deo placuerit, dare illam; nam tale meritum de congruo non habet rationem meriti, dependet enim ex voluntate reddentis, idest, si Deo placuerit facienti quod in se est conferre illam; nam in tali casu videtur esse congruum, vt homini facienti secundum suam virtutem quòd Deus recompenset eum secundum excellentiam suæ virtutis, congruum scilicet, non quòd congruitas sit in merito operis operantis, sed in Deo, cui recompensatio conuenit; nam in peccatore secundum aliquos nulla potest esse ratio meriti ad gratiam, nec de congruo. Denique hæc est vna ex proprijs humanæ vitæ miserijs, quòd potest homo per se recedere à Deo per peccatum; tamen per se, idest sine Dei auxilio speciali ad eum redire

non

non valet: sicut benè potest quis inferre sibi mortem, non tamen illam auferre. Ansi como el hombre por si solo no basta para criarse tan poco para iustificarse.

HIS non obstantibus, dicendum est, quòd si homo non habeat gratiam sua culpa est, idest sibi soli imputetur, quandoquidem non se præparat ad recipienda Sacramenta, quæ continent gratiam, & conferunt illam, & parata sunt omnibus. Sciebat enim Deus Sponsam suam, idest omnem Animam in gratia existentem aliquando peccati labe denigrari, & vt haberet in promptu remedia exeundi à peccato, & redeundi in gratiam suam, Sacramenta instituit, quibus subito purgata ad gratiam sui Redemptoris rediret, nam Sacramenta continent gratiam, & conferunt illam ineffabiliter omnibus, & singulis dignè illa recipientibus, & non ponentibus obicem, ex opere operato, idest ratione illorum; & similiter homo per cordis contritionem potest esse in gratia Dei, nam Deus semper est paratus conferre illam præparantibus se ad illam, & non contradicentibus suis inspirationibus; idest, Deus, sit ipse benedictus in sæcula, est semper ad ostium pulsans, & est ita misericors quòd magis homo commoratur in dolendo de peccatis suis, quàm Deus in vtendo sua misericordia cum illo, mas tarda el hombre en conoscer su culpa, que Dios en perdonarsela, y mas tarda en à repentirse que Dios en vsar de su misericordia, secundum illud. Quotiescunque peccator ingemuerit peccata, amplius non recordabor; & secundum illud. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: & secundum illud, Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Los que siruen en palacio es para tener fauor del Rey, o del Emperador, y si quieres ser amigo de Dios no as menester mas de querer lo tuser! Sed nota, quòd non sequitur ex hoc, quòd quis euidenter sciat se habere gratiam, quia nullus potest habere euidentiam quòd doleat de peccato super omnia, & quòd proponat perfectè cauere in futurum. Denique dicendum est, quòd Deus solùm confert infernum peccantibus voluntariè: quapropter si homo voluntariè non peccasset contra legem Dei, Deus non condemnaret illum; & ideò si condemnetur, sibi soli imputetur. Tandem nos sumus causa damnationis nostræ, secundum illud Oseæ 13. Perditio tua ex te Israel. El que se va al Infierno quexe se desi mesmo que por su gran vellaqueria se va alla que si con su voluntad no peccara nunca Dios le condenara.

PRAELATVS aduertere debet, quòd quamuis ipse non sit in gratia Dei, potest applicare omnia bona spiritualia suorum Religiosorum sibi subditorum existentium in gratia, scilicet vigilias, orationes, disciplinas, peregrinationes, ieiunia, officia Diuina, & Mortuorum, & Sacrificia Missarum, dummodo talia Sacrificia, & Mortuorum officia non debeantur alicui in particulari, & omnia alia bona ab ipsis facienda, quatenus talia opera sunt satisfactoria pro pœnis soluendis peccatorum, quibus ipse voluerit existentibus in gratia in isto mundo, siue in Purgatorio ad remis-

sionem pœnæ soluédæ suorum peccatorum iam remissorum quantum ad culpam per contritionem, vel confessionem, quia est dominus operationum suorum Religiosorum; sed præcipuè tenetur applicare talia bona benefactoribus sui Conuentus tàm viuis, quàm mortuis; Ratio namque postulat; vt à quibus temporalia accipiunt eisdem spiritualia tribuant. Sed nota, quòd talis applicatio Prælati existentibus in isto mundo valet eis de condigno, idest de rigore iustitiæ, & lege certa: existentibus verò in Purgatorio valet illis de congruo per modum suffragij, idest si Deus voluerit pro sua misericordia acceptare illam; quia Animæ existentes in Purgatorio non sunt in statu merendi, sed patiendi in carcere inclusi. Nota, quòd idem potest facere iustus pro alio iusto, idest existens in gratia potest bona à se facta, quatenus sunt satisfactoria applicare alio, vel alijs existentibus in gratia, siue sint in isto mundo, siue in Purgatorio, ad remissionem pœnæ suorum peccatorum, & valebit talis applicatio existentibus in isto mundo de condigno; existentibus verò in Purgatorio de congruo. Nam hoc est aduertendum, quòd benè potest mihi existenti in gratia remitti pœna meorum peccatorum per satisfactionem alienam, scilicet alterius existentis in gratia, me nihil sciente, & valebit mihi talis satisfactio, & applicatio de condigno, & lege certa, ac si ego facerem illam pro me. Quapropter ille, qui est in gratia potest ieiunare, orationem facere, eleemosynam dare pro altero similiter existente in gratia in isto mundo, & valebit illi tale bonum de condigno ad remissionem pœnæ suorum peccatorum; idest, liberabit eum à tanta pœna, quantam ipse meruit, vt à se leuaretur, si talia opera bona pro se faceret, idest sibi applicaret. Sed nota, quòd quatenus talia opera sunt meritoria augmenti gratiæ, & gloriæ, reseruantur ipsis Religiosis ipsa facientibus, vt inferius magis declarabitur.

NOTA pro maiori declaratione, quòd quando (verbi gratia) Petrus existens in gratia dat eleemosynam, vel in diebus ieiuniorum Ecclesiæ ieiunat, vel audit Missam in Dominicis, & festis diebus, per tale opus bonum Petrus primò adquirit augmentum gratiæ de condigno, cui correspondet præmium vitæ æternæ, idest gloria, & tale meritum nulli alteri potest applicare. Secundò Petrus per tale opus bonum à se factum satisfacit pro pœnis soluendis suorum peccatorum, idest, de condigno meretur remissionem, & satisfactionem pœnæ suorum peccatorum, & tale meritum benè potest Petrus applicare quibus ipse voluerit in gratia existentibus, siue sint in isto mundo, siue in Purgatorio, quamuis ipse Petrus tali merito, idest tali satisfactione, & remissione pœnæ indigeat, Sed nota, quòd si Petrus tale meritum applicet existentibus in gratia in isto mundo, valebit illis de condigno, idest, proderit illis de rigore iustitiæ ad satisfactionem pro pœnis soluendis suorum peccatorum. Si autem applicet illud Animabus in Purgatorio existentibus, valebit illis de congruo per modum Suffragij, idest, si Deus pro sua misericordia voluerit acceptare

ceptare illud. Tertiò Petrus audiendo Missam in diebus festiuis, & ieiunando in diebus ieiuniorum Ecclesiæ adimplet præceptum Ecclesiæ, & facit id; quod debet, & tenetur, & similiter habitum bonum virtutis in se generat.

PRAELATVS secundò aduertere debet, quòd opera bona spiritualia suorum Religiosorum existentium in gratia, in quantum sunt satisfactoria pro pœnis soluendis peccatorum, sunt peioris conditionis si applicentur multis, quàm si applicentur paucis. Ratio est, quia cùm talia opera sint finiti valoris; ideò si pluribus applicentur, minus singulis vtilia erunt. Idem dicendum est de operibus bonis factis ab existentibus in gratia, quatenus talia opera sunt satisfactoria pro pœnis soluendis peccatorum; quia similiter sunt finiti valoris, & ideò si pluribus applicentur, minus vtilia erunt quàm si paucis.

PRAELATVS tertiò aduertere debet, quòd si applicet bona spiritualia suorum Religiosorum, idest suorum Subditorum existentium in gratia, quatenus sunt satisfactoria pro pœnis soluendis peccatorum, illi, qui est in cœlo, existimans esse in Purgatorio; vel illi, qui est in peccato mortali, existimans esse in gratia; vel illi, qui est in inferno, existimans esse in Purgatorio: in tali casu, cùm talia opera in quantum satisfactoria non possunt applicari his dictis, nam existentes in cœlo, non indigent satisfactione aliqua; redeunt ipsis Religiosis illa faciẽtibus, secundũ illud Prophetæ, Oratio mea in sinu meo conuertetur. Quòd si autem ipsi Religiosi ipsis operibus in quantum satisfactorijs non indigeant, reseruantur thesauro Ecclesiæ ad satisfaciendum pro alijs, idest, vt à Summo Pontifice per claues Indulgentiæ dispensentur, & applicentur nobis: nam secundum Diuinam iustitiam, & liberalitatem Dei, bona opera facta existentium in gratia, in quantum satisfactoria, non debent carere fructu suo satisfactionis.

NOTA pro declaratione, quòd quando Missa celebratur, vel applicatur pro Anima illius, qui est in cœlo, vbi nulla est indigentia satisfactionis, nam Beati non habent pro quo satisfacere debeant, & eorum fœlicitas augeri non potest, ideò secundum D. Augustinum, iniuria fieret Sanctis si pro eis oraretur; vel si Missa celebretur, pro pueris non baptizatis in Lymbo existentibus, quibus Sacrificia non prosunt, quia sunt inimic Dei, eius fide carentes, & in vita non meruerunt vt Suffragia prodessent illis, vel si Missa celebretur, vel applicetur pro illo, qui est in inferno, vbi Sacrificia non prosunt existimans esse in Purgatorio; vel si Sacerdos fructum ipsius Missæ nulli applicet; vel si applicet Infidelibus, quibus Sacrificium Missæ nihil prodest, quia non sunt capaces fructu huius Sacrificij, tale Sacrificium non deperditur, quia in tali casu reseruatur thesauro Ecclesiæ, vt auctoritate Summi Pontificis dispensetur per claues indulgentiæ, vel misericordia Dei applicabitur alijs indigentibus. Nota secundò, quòd quando Missa celebratur ad honorem Sanctorum, non est illis in

iuua-

iuuamentum; nam Beati sunt ab omni miseria & necessitate immunes, & aliene, sed solùm est in gratiarum actionem, & in augmentum gloriæ accidentalis, quæ consistit in gaudio de bonis actibus, quos facit rationabilis creatura; id est, prodest illis ad gloriam accidentalem; nam gaudent de illo, quod sciunt fieri ad laudem Dei, maximè ab habente specialem ordinem ad eos, & ardentius pro illo orant; nam Suffragia, vt ipsum nomen sonat, non sunt nisi auxilia, quibus miseris egenis existentibus in Purgatorio opem ferimus, ad remissionem siue satisfactionem pœnæ soluendæ suorum peccatorum. Sed de hac re vide in materia de pœnitentibus, tit. Consideratio omnibus necessaria circa animas Purgatorij.

PRAELATVS quartò aduertere debet, quòd postquam opera bona spiritualia suorum Religiosorum existentium in gratia quatenus sunt satisfactoria sunt facta, non potest applicare illa, nec possunt obseruari in thesauro communi, vt postquam facta sunt, applicentur; quia si antequàm fiunt, à Prælato non applicentur, reseruantur ipsis Religiosis ipsa facientibus. Quòd si verò illis non indigeant, in tali casu reseruantur thesauro Ecclesiæ, vt à Summo Pontifice per claues Ecclesiæ, id est indulgentiæ dispensentur, & applicentur nobis; aliàs sequeretur, quòd opera spiritualia superabundantia Religiosorum existentium in gratia, quatenus sunt satisfactoria, nunquam reponerentur in thesauro Ecclesiæ, si Subditi, vel Prælatus possent illa reseruare ad hunc effectum, vt postquam facta sunt, applicent illa. Idem dicendum est de Sacrificijs Missarum ipsorum Religiosorum, quòd si Prælatus antequam talia sacrificia celebrentur, & fiant, à Prælato non fuerint applicata, vel applicentur quatenus sunt satisfactoria, reseruantur thesauro Ecclesiæ, vt à Summo Pontifice per claues Indulgentiæ dispensentur. Quapropter in Religionibus est consuetudo in Prælatis applicationem bonorum spiritualium, & sacrificiorum suorum Religiosorum, quatenus sunt satisfactoria pro pœnis soluendis peccatorum, facere antequàm talia Sacrificia, & bona fiant. Idem dicendum est de omnibus alijs existentibus in gratia, scilicet quòd nullus existens in gratia potest satisfactiones, prouenientes ex suis bonis operibus, in thesauro sibi reponere, vt sibi reseruentur pro tempore, quo eis indiguerit; quia eo ipso quo quis est in gratia, & satisfactionem prouenientem ex suis bonis operibus non applicet illam alijs, talis satisfactio redit sibi ipsi, quod si illa non indigeat, in tali casu iure communi reseruatur thesauro Ecclesiæ, vt auctoritate Summi Pontificis per claues Indulgentiæ dispensentur nobis. Idem dicendum est de Sacerdote celebrante Missam, scilicet quòd non potest satisfactionem pro pœnis soluendis peccatorum prouenientem ex Missa quam celebrauit, reseruare vt applicet eis, qui in futuro dabunt illi eleemosynam, quia si antequam celebret, vel dum celebrat talem satisfactionem ex Missa prouenientem non applicat sibi, vel alijs, reseruatur thesauro Ecclesiæ; nam sicut Sacramentum Confessionis solùm est in potestate Ministri pro tempore, & momen-

momento quo conficitur, & tunc habet suum effectum, & non potest à Ministro suspendi: ita Sacrificium Missæ est sub potestate, & intentione Sacerdotis celebrantis quamdiu offertur, & tunc debet applicari, & habet suum effectum, quia non debet suspendi arbitrio, vel negligentia Ministri, & ideò si hac de causa semel careat suo fructu, iam non est in potestate Sacerdotis applicare illud, quia Sacrificium Missæ non est institutum vt operetur, nisi solùm vt fit, & celebratur; & ideò Sacerdos nullum adquisiuit ius vt applicet ad operandum Sacrificium iam præteritum. Quapropter quando celebrat Missam pro intentione (verbi gratia) Petri, dicens, Ego applico Missam hanc, quibus Petrus illam applicauerit, si postea Petrus in tempore oblationis, & celebrationis Missæ vel antea tale Sacrificium non applicauerit, tale Sacrificium caret suo fructu respectu Petri, & similiter Sacerdotis celebrantis, quia in tali casu tale Sacrificium in thesauro Ecclesiæ reseruabitur, vt auctoritate Summi Pontificis per claues Indulgentiæ dispensetur.

SED dicet aliquis. An per istam applicationem, quem facit Prælatus bonorum spiritualium suorum Religiosorum existentium in gratia alijs in gratia existentibus, quatenus talis applicatio est satisfactoria pro pœnis soluendis peccatorum, remissorum quantum ad culpam per contritionem, vel Confessionem, liberentur illi, quibus talis applicatio fit, à pœnitentijs, & ab alijs operibus bonis faciendis impositis à suo Confessore in pœnitentiam pro pœnis soluendis suorum peccatorum? Respondetur, quòd non, sed tenentur illas adimplere multis de causis; primò, quia melius est satisfacere Deo pro pœnis soluendis suorum peccatorum per pœnalia opera sua propria à se facta, imposita à suo Confessore in satisfactionem suorum peccatorum, quàm per applicationem Prælati sibi factam bonorum spiritualium suorum Religiosorum existentium in gratia. Secundò, quia pœnalia opera imposita à Confessore in pœnitentiam pro pœnis soluendis suorum peccatorum, sunt maioris meriti, & valoris, quàm ea, quæ vnusquisque sua sponte facit, idest ex sua natura; & virtute clauium plus valent ad expiandam poenam peccatorum, quàm ea, quæ homo facit ex proprio arbitrio suo. Tertiò, quia applicatio Prælati bonorum spiritualium suorum Religiosorum existentium in gratia, fit ex thesauro finito suæ Congregationis, nam omnia bona spiritualia suorum Religiosorum existentium in gratia sunt finita, & finitæ virtutis; & ideò nobis non constat de suo valore, & virtute circa remissionem pœnæ peccatorum, vt per istam applicationem liberentur participantes à pænitentijs impositis pro pænis soluendis suorum peccatorum à suo Confessore. Quartò, quia opus bonum impositum à Confessore in pænitentiam bonificat operantem, & ad alia maiora bona disponit, & similiter est medicina ad curanda peccata præterita, & ad præseruandum à futuris; verbi gratia ieiunium impositum à Confessore est medicina Pænitenti contra carnis suæ concupiscentiã, & ex eo quòd tale ieiunium impositum à Confessore ex charitate procedit, est meritorium vitæ æternæ; &

ex

ex eo quòd est pænale, est satisfactorium pro pæna debita peccatis; quod quidem non facit applicatio Prælati bonorum spiritualium suorum Religiosorum existentium in gratia alijs in gratia existentibus. Quapropter per talem applicationem, siue participationem non debet homo dimittere pænitentiam impositam à suo Confessore pro pænis soluendis suorum peccatorum.

S. Thomas 3. par. quæst. 71. art. 8. & 14. & in 4 Sentent. dist. 20. & dist. 45. quæst. 2. art. 1. & in Addition. ad 3. par. quæst 26. art. 1. Manuel Rodriguez de explanat. Bullæ Cruc. fol. 132. & sequentib. Syluest. verb. Confessor. 4. §. 1. & verb. Suffragium §. 14. & verb Charitas §. 6. & verb. Missa. § 8. & verb. Eucharistia 4. §. 3. Candelabrum de Sacramentis in genere. §. 7. de Eucharistia quæst. 162. de Indulgentijs quæst. 23 & sequentib. Xuarez 3. par. q. 83. art. 1. & quæst. 26. art. 1. Henrriquez lib. 9. de Sacrificio Missæ. cap. 18. de Indulgentijs, cap. 2. §. 7. Sotus 4 dist. 45. quæst. 2. art. 1. & sequentib. & dist. 12. quæst. 2. art. 4. Victoria de Sacramentis, tit. de Contritione, quæst. 120. Thomas Elisæus lib. de Arcanis Religionis Christianæ, tit. de Satisfact. fol. 250. Dominicus Valt. de Doctr. Christ. tit de Charitate. & tit. Quid sit Deus, fol. 314. & fol. 435. & tit de Prædestinatione. Melchior de Sancta Cruz 1. par. fol. 39.

Secunda Consideratio Praelati, circa Applicationem bonorum spiritualium suorum Religiosorum.

SED dicet aliquis. An Prælatus possit applicare bona spiritualia particularia suorum Religiosorum existentium in gratia, quatenus sunt satisfactoria pro pænis soluendis peccatorum, remissorum quantum ad culpam per contritionem, vel Confessionem, alijs in gratia existentibus, videlicet illa opera bona, quæ Subdlti existentes in gratia faciunt, extra illa, quæ tenentur facere secundum debitum suæ Religionis, & professionis, como si (verbi gracia) vn Religioso se disciplina se mas veçes de lo que manda su Religion, o si aiunasse, mas Dias de lo que manda su Religion, o si reçase el oficio de los muertos, mas veces en la semana, de lo que manda su Religion, o si de à quello poco que la Religion, le da para su comer y sustento dexa se la maior parte para los pobres, que andan pidiendo por amor de Dios. Et illa applicant determinatè suis benefactoribus existentibus in gratia in isto mundo, vel in Purgatorio ad remissionem, siue ad satisfactionem pænæ soluendæ suorum peccatorum? Respondetur, quòd Prælatus non potest ista opera bona particularia applicare contra voluntatem Subditi, salua semper quæ iustior fuerit sententia. Ratio est, quia talia opera particularia non sunt bona suæ communitatis: Subditus enim non subijcitur in omnibus suo Prælato, idest, Prælatus non habet plena-

plenariam potestatem in omnibus bonis spiritualibus sui Subditi. Denique Subditus existens in gratia potest applicare talia bona particularia spiritualia à se facta, quatenus sunt satisfactoria, pro pœnis soluendis peccatorum sui Benefactoribus, vel quibus ipse voluerit in gratia existentibus in hac vita, vel in Purgatorio, quamuis ipse de illis bonis in quantum satisfactorijs indigeat; nam Prælatus solùm potest applicare bona communia spiritualia suæ communitatis, quatenus sunt satisfactoria, idest, omnia illa bona spiritualia, quæ Subditi tenentur facere, & faciunt, secundum debitum suæ Religionis, & professionis; & ista potest applicare quibuscunque voluerit existentibus in gratia, siue sint in isto mundo, siue in Purgatorio ad remissionem pœnæ suorum peccatorum; videlicet potest applicare illa sine damno, vel grauamine suæ communitatis, idest dummodo sint superabundantia, & Subditi illis non indigeant. Ratio est, quia esset contra ordinem charitatis, quæ incipit à se ipso, tollere dictas satisfactiones à suis Religiosis, si ipsi illis indigeant, & præbere illas alijs; nihilominus probabilitate non caret, quòd Prælatus possit hoc facere. Quapropter Prælatus raró, & in graui eminente causa opera satisfactoria, quibus Subditi indigent, debet applicare alijs, nisi insigni Benefactori.

NOTA pro declaratione, quòd benè potest Prælatus, vt habetur in consuetudine apud omnes Religiones in tempore magnæ necessitatis præcipere suis Subditis dicere Litanias, & facere orationes, disciplinas, ieiunia particularia extra illa, quæ Subditi tenentur facere ex præcepto, & debito suæ Religionis, & professionis, & illa applicare alijs, quatenus sunt satisfactoria, quamuis ipsi Subditi illis indigeant.

SED dicet aliquis. An si Prælatus existens in gratia iniungat Subditis in peccato existentibus, existimans illos esse in gratia Dei dicere Lætanias, & aliquos Psalmos, vel Orationes, & ieiunare pro aliquo Benefactore Conuentus in satisfactionem pœnæ soluendæ suorum peccatorum, tales orationes, & ieiunia sint apud Deum satisfactoria, & prosint ipsi Benefactori, pro quo fiunt ? Respondetur, quòd videtur quòd valeant, & prosint; nam quando Dominus (verbi gratia) eleemosynam facit per manus sui serui iniqui, fructuosa est illi talis eleemosyna: Ita videtur, quòd sit in simili casu. Nihilominus tamen dicendũ est, quòd tales orationes, & ieiunia nihil valent, quia sunt opera propria facientium; & ideò si faciens non sit in gratia, nihil valent, quantum ad satisfactionem pœnæ soluendæ peccatorum ipsius facientis talem orationem, vel ieiunium, nec ad satisfactionem pœnæ soluendæ peccatorum aliorum, pro quibus fiunt: quapropter licet Prælatus meruit in iniungendo Subditis talia bona opera, quia sua intentio erat bona, existimabat Subditos suos esse in gratia; tamẽ nihil valent; eleemosyna verò est res Domini, ideò nihil refert per quem Dominus illam pauperibus tribuat.

S. Thomas in Additionib. ad 3. par. quæst 6. artic. 1. & quæst. 7. art. 1 & 4. Sentent. dist. 20 quæst. 4. Emanuel Rodriguez de Explanat. Bullæ Cruc. folio 135.

135. & sequent. Sotus 4. distinct. 21. quest. 1. artic. 4. & distinct. 45. questione 2. artic. 1.

Tertia Consideratio Praelato, circa Applicationem bonorum spiritualium suorum Religiosorum.

PRAELATVS aduertere debet, quòd non potest applicare alijs bona spiritualia suorum Religiosorum existentium in gratia, quatenus talia opera sunt meritoria augmenti gratiæ, & gloriæ. Idem dicendum est de illo, qui est in gratia, scilicet quòd non potest applicare alteri bonum à se factum, quatenus est meritorium augmenti gratiæ, & gloriæ: & si quis hoc vellet facere, peccaret contra ordinem charitatis: Ratio est, quia gratia non facit gratum, nisi habentem illam, atque ideò nemini illa confertur, nisi per Sacramentum, vel per suam contritionem. Denique opus bonum existentis in gratia, in quantum meritorium augmenti gratiæ, & gloriæ, non prodest de condigno nisi solùm facienti. Tamen est aduertendum pro declaratione, quòd benè potest Prælatus talia bona spiritualia, in quantum meritoria, applicare alijs, videlicet quibuscunque ipse voluerit, tàm existentibus in gratia, quàm existentibus in peccato mortali, & non solùm quando fiunt à tota communitate, sed quando fiunt à quocunque in particulari scilicet particularia; & non solum quando sunt superabundantia, sed etiam quando sunt necessaria facienti; videlicet potest applicare illa isto modo, scilicet existentibus in peccato, vt Deus illuminet mentem illorum, & vt exeant quanto citius à peccato, & vt præseruentur à peccato, & crescant in virtute morali, peccatum mortale non destruit virtutes morales adquisitas, & in bonis operibus moralibus, & liberentur à malis corporalibus, & vt impetrent à Deo sanitatem, & bona temporalia; & talis applicatio Prælati valet illis de congruo, id est, si Deus voluerit acceptare talem applicationem: quæ omnia similiter ille, qui est in gratia, potest impetrare alteri existenti in peccato de congruo. Ideò Diuus Augustinus dicit, Quòd oratio Diui Stephani meruit de congruo, non verò de condigno conuersionem S. Pauli, cùm dixit, Si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Et similiter dicimus Sanctum, orantem pro peccatore, conuersionem illius mereri de congruo: & per orationes Sanctorum, & eorum, qui sunt in gratia Dei, parcet Deus peccatoribus, & confert illis multa bona; Sancti enim orant pro nobis viatoribus, præcipue pro illis, qui suis orationibus adiuuari exposcunt. Et similiter Prælatus potest applicare talia bona spiritualia suorum Religiosorum existentium in gratia, quatenus sunt meritoria alijs existentibus in gratia; videlicet isto modo, vt perseuerent in illa, & non amit-

amittant illam, & crescant in illa, & valebit illis talis applicatio similiter de congruo: quæ omnia similiter potest mereri de congruo ille qui est in gratia alteri existenti in gratia per suas orationes, & sua opera bona, quatenus sunt meritoria, scilicet merendo illi, vt per suos proprios actus proficiat in gratia, in qua existit. Tandem participatio bonorum spiritualium existentium in gratia, quatenus est meritoria non prodest participantibus, idest illis, quibus talis applicatio fit, vt virtute illius, detur illis gratia iustificans, nam primam gratiam nullus homo, quantumcunque iustus sit, potest mereri alteri de condigno, idest de rigore iustitiæ, nisi solus Christus Dominus noster, qui meruit nobis illam de condigno suis proprijs meritis infiniti valoris, vt per Sacramentum Baptismi, & Confessionis dignè receptis detur nobis. Sed de hac re vide in materia de Parochis, titulo Secunda consideratio Parochis circa Missæ valorem.

Sotus in 4. dist. 4 quest. 2. art. 1. Syluester verb. Oratio. §. 3. Emanuel Rodriguez de Explanat Bullae Cruc. fol. 133 & sequentib. Guilielm. Pepin. in Expositione 7 Psalmorum pœnitentialium, psal. 2. lect. 17. fol. 57. Fr. Augustinus Richinus Ferrariensis in Sermonibus Quadragesimae, feria 3. post Parasceue, folio 385.

Consideratio circa intelligentiam perfectè boni operis existentis in gratia.

NOTA, quòd meritum, scilicet augmenti gratiæ, & gloriæ, & satisfactionis pro pœnis soluendis peccatorum, proueniens ex quocunque opere bono existentis in gratia crescit in virtute, & valore ex affectu maioris charitatis, in quo tale opus bonum fit. Quapropter, si quis (verbi gratia) existens in gratia det Sceptum vnum in eleemosynam, tali affectu, vt si haberet centum daret centũ, habet meritum apud Deum augmenti gratiæ, & gloriæ, & remissionis pœnæ suorum peccatorum, ac si daret centum: voluntas existentis in gratia apud Deum pro facto reputatur; Cor enim pensat Deus, non substantiam, & Deus non indiget rebus nostris. Et quando quis est in gratia magno feruore charitatis, dat vnum Reale in eleemosynam plus apud Deum meretur, & lucratur, quàm alter, qui similiter existens in gratiam dat minori affectu charitatis eandem quantitatem. Denique qui maiori charitate, idest maiori affectu charitatis dat eleemosynam paruam, meretur magis de præmio essentiali, idest in hac vita habebit maius augmentum gratiæ, & in alia maius augmẽtum gloriæ, quæ consistit in visione, & fruitione, & gaudio summi boni, ipsius Dei, quàm ille, qui maximam eleemosynam dat cum minore charitate, idest minori affectu charitatis. Sed nota, quòd ille, qui maximam dat eleemosynam minori charitate, quamuis non mereatur tantùm de

præmio essentiali, quantùm ille qui dat minorem eleemosynam cum maiori charitate, tamen respectu præmij accidentalis, quod consistit in gaudio de bonis operibus à se factis in hac vita, plus poterit mereri. Et si duo existentes in gratia habeant æqualem charitatis feruorem, tamen vnus dat plus eleemosynæ, alter verò minus, in tali casu magis meretur qui dat plus. Debet tamen ista quantitas eleemosynæ datæ considerari per proportionem ad facultatem vtriusque; nam aliquando plus dat qui minus dat, quia est pauperior. Vidua enim tantum meruit duobus minutis, quia dedit de necessarijs, quàm Zachæus dimidio patrimonij, quia dedit de superabundanti, quia Regnum Dei tantùm valet, quantùm habes; si parum habes, parum tibi constabit, si nihil habes, da te ipsum, & habebis illud; Deus enim non minori præmio æterno, & temporali præmiat desideria pia existentis in gratia, quàm opera; sed magis meretur qui existens in gratia adimplet vtrumque; idest, Deus non tantùm considerat effectum in operibus, quantum affectum voluntatis, no haze Dios tanto caso del seruicio que le haze mos, quanto del amor que le tenemos, qual es el manjar que come Dios mas, quando le ofrecen dones? solamente coraçones, mas mira Dios el coraçon que mas creçidodon. Para con Dios, el que no tiene que dar, bastale la voluntad, con que sirue mas el hombre al immenso Redentor con caritatiuo amor.

NOTA similiter, quòd plus meretur ille, qui existens in gratia maiori charitate obseruat præcepta solum, quàm illi qui existens in gratia minori charitate obseruat præcepta, & consilia simul, quantum ratio meriti dependet, & consideratur ex radice charitatis. Et similiter plus valet apud Deum vna hora ministerij exhibiti diuinæ voluntati ab existenti in gratia cum spiritus feruore, idest amore feruentissimo, quàm plurimæ horæ seruitutis ab eodem cum frigiditate, & relaxatione amoris, quia coram Deo breuitas, vel longitudo temporis, in quo quis seruit Deo, non tantùm respicitur, quantùm spiritus, idest amor, quo Deo seruitur. Denique apud Deum non erit beatior, qui plura habet opera, sed qui maiorem habet gratiam, & charitatem. Ratio est, nam quanto quis maiorem habet charitatem, tantò magis adhæret Deo, & per consequens magis illustrabitur lumine gloriæ. Hoc dedit nobis intelligere Spiritus Sanctus, cùm dixit Scriptura, Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; idest, respexit Dominus ad Abel iustum, & ad opera eius; & respiciens vtrumque, dixit, quòd primò respexit ad Abel, & postea ad opera eius. Sicut (verbi gratia) pater in hyeme videns filios suos venientes domum, tangit omnes, & eum qui plus passus est frigoris iube eum magis ad ignem accedere, alios verò paulò remotius ab igne stare facit, tamen ignis est æqualis. Ita qui plus de gratia, & charitate secum habet magis gaudebit in patria de summo bono, quod est ipsemet Deus, verum obiectum, & verus effectus nostræ beatitudinis: finis namque humanæ naturæ est beatitudo, quæ consistit in visione, & fruitione Dei, quam nos habebimus in patria

de

de summo bono, quod est Deus, vt dictum est, quàm ille, qui minorem habet gratiam, & charitatem. Sed de hac re vide clarius in materia de Religiosis, tit. Consideratio Religiosis circa paupertatem, & consilia Euangelica.

Ybañez 2.2. quaest. 32. artic. 1. & quaest. 24. artic. 6. Toletus de Instruct. Sacerd. tit. de septem peccatis mortal. cap. 4 Philippus Diaz in Sermonibus Quadrag. 3 par. folio 3. num. 2 & 4. & 4. par. folio 14. num. 38. & 1. par. folio 124. & sequentib. Dominicus Valt. lib. de Doctrina Christ. tit. De la gloria. fol. 298. & tit. de gratia per totum. Melchior de Sancta Cruz 1. par. fol. 4. & 41.



BREVIS TRACTATVS DE RELIGIOSIS.

PER REVER. PATREM LECTOREM Fratrem Alfonſum de Madrigal natural de la villa Deſcalona, Toletanæ Diœceſis, Ordinis Prædicatorum.

De Proprietatibus, & Virtutibus Religioſi.



RELIGIOSVS debet eſſe vultu hilari, in oratione ſe debet habere maturè, & frequenter; conſiderans, quòd orare, & Deum laudare eſt proprium officium ipſius. Per votum enim ſolemne Religionis homo obligatur magis ad laudandum Deum, quàm omnes alij non Religioſi. Secundò conſiderans ſecundum Diuum Auguſtinum, quòd nullum eſt tempus, magis bene conſumptum, quàm, quod in Dei laudibus conſumitur. Tertiò conſiderans, quòd homo maiori obligatione, quàm omnes Angeli in cœlo exiſtentes, & omnes aliæ creaturæ tenetur Deum laudare, & Deo gratias agere, quandoquidem Deus (ſit ipſe benedictus in ſæcula) pro nobis hominibus factus eſt homo, non Angelus, ideſt, vt nos homines Deos faceret; & ſimiliter pro nobis hominibus crucifixus eſt. Denique Deus eſt homo, non Angelus, ideò iuſtum eſt vt homines Deum amemus, laudemus, & gratias ei agamus tanquam rei magis propriæ noſtræ, quàm Angelorum, vel omnium aliarum creaturarum. O admirabile commercium, creator generis humani animatum corpus ſumens, de Virgine naſci dignatus eſt; & procedēs homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam Deitatem, quando el hombre ama à Dios, y loa à Dios haze el officio para el qual fue criado en eſte mundo, y ſe Adan no peccara ninguno otro tuuiera, por que no tiene neceſſidad.

RELIGIOSVS tenetur ieiunijs, vigilijs, orationibus, & alijs continuis laboribus ſuæ Religionis macerare corpus ſuum quantum valetudo permittit; conſiderans, quòd Sancti Patres, ſcilicet Hieronymus, Auguſtinus, Benedictus, Dominicus, Franciſcus, & quamplurimi alij modo in cœlo exiſtentes, & Diuina viſione gaudentes caſtigauere corpus ſuum vigilijs, ieiunijs, orationibus, & alijs aſperitatibus, & continuis laboribus, vt habetur in vita illorum, & omnes qui diligunt Deum, ita faciunt;

nam

nam quamuis in his non consistat perfectio vitæ Christianæ, vt clarius dicetur in capitulo sequenti, sed solùm consistit in charitate, quæ hominem Deo coniungit; tamen valent, vt sensualitas (idest appetitus sensitiuus, qui licet non necessitet hominem ad peccandum, tamen inuitat) subijciatur spiritui, & liberemur à morte peccati. Nam sicut Rebarbarum expellit choleram, ita ieiunium vitia per macerationem carnis. Et similiter valent, vt nostra merita apud Deum augeamus, & nos ad mortem præparemus; nam illam non timet qui sanctè vixit; sanctitas vitæ, idest conscientia bona nihil timet; timor enim mortis effectus est malæ vitæ. Denique quando vita est sancta, scilicet ieiunijs, vigilijs, orationibus, & alijs bonis operibus, vel desiderijs plena, quomodocunque veniat mors, erit bona; mala mors dici non potest quando vita bona præcessit: Deus enim assistit cuilibet, qui fideliter obseruat eius præcepta, & consilia. Tandem non est maior prudentia quàm vincere concupiscentiam carnis, & eius mala desideria, idest liberare se ipsum à peccato, qual es el mexor aparexo, que conuiene al bien morir procurar de bien biuir no espenta la muerte al bueno, porques cosa muy sabida que della viene la vida: el que mucho teme la muerte, se alla por la esperiencia que no habeho penitencia. Sed de hac re vide inferius, titulo de Religiosis circa pœnitentiam faciendam.

RELIGIOSVS debet esse iuxta Altare reuerenter, in Choro deuotè, in Oratorio contemplatiuè, & iuxta Reliquias Sanctorum timoratè: & similiter debet esse humilis, à superbia, & vanitate valdè separatus, & alienus: nam sicut cinis conseruat prunas, ita humilitas gratiam; & sicut quantò puteus profundior est, tantò eius aqua est magis suauis, & grata: ita Religiosus quantò humilior, tantò magis est Deo gratus, & eum timet, quod est principium suæ salutis. Quòd si Prælatus fuerit faciens opera dignitatis suæ, habeat se in corde vt Subditus, & ita habebit maiorem laudem, quàm si de se multum præsumat. De Sancto Gregorio dicitur, quòd ipse primo se humiliabat Abbatibus, eum visitantibus, & cùm esset Summus Pontifex vocabatur Seruus seruorum Dei. Assi como las espigas del trigo quanto mas granadas, y cargadas estan de buen grano, tanto mas se abaxan, y se inclinan; y por el contrario quanto mas vazias estan, tanto mas se endereçan: assi son los Religiosos, y hombres de buena consciencia, y consideracion, que quanto mas llenos estan de sciencia, y virtudes, y buenas obras, tanto mas se abaten, y se humillan; y los que mas vazios estan de virtudes, tanto mas empinan, y se engrien, y ensoberuescen. Hà de aduertir el hombre docto, y el gran predicador, que la sciencia tanto mas quilates tiene de perfecion, quanto el hombre en quien està es mas humilde. No por que vno sea mas docto, ò gran predicador, hà de tener en poco à los demas sino hà se de reprehender à si mismo, que no sirue à Dios, mas que los demas, tiniendo mayor obligacion. Bien pudiera dar Dios à quel don de la sciẽcia, y gratia en el predicar,

dicar, à quien mejor della vsasse, y conosciesse de Dios el bien que d'el hà recebido.

RELIGIOSVS debet esse obediens Prælato; considerans, quòd non subijcitur alter homini propter hominem, sed propter Dei amorem, qui est ita sublimis, vt omnia vincat, & labores Religionis, & obedientiæ in dulcedinem conuertat. Religiosus enim obediendo manet victor, quia obedit, vt Deo obediat; & obedire Deo, regnare est. Hanc obedientiam vult Deus, magis quàm Sacrificium; quia in Sacrificio offerebatur Deo caro animalium; in obedientia verò offertur Deo hominis voluntas, quod est apud Deum multò prætiosius. Tandem nullum est triumphum magis illustre, quàm hominem vincere se ipsum, & facere se Subditum alterius hominis, qui in alio tempore poterat esse suus famulus, vt Christo Domino nostro seruiat, qui cùm esset Deus obediuit creaturæ: quapropter plus valet vnum opus factum per obedientiam, quàm multi labores quos patimur sine ipsa. No puede el hombre hazer mayor seruicio à Dios que sacrificalle el coraçon. La razon de aquesto es, porque renunciar riquezas es renunciar cosas agenas; empero el que renuncia su voluntad en manos del Perlado renuncia lo que es proprio suyo, que es cosa de mayor importancia, mas merece el Religioso en sugetarse à obediencia que en aiuno, y penitencia, mayor abstinentia es, sino haces y tuquerer que no dexar de comer, cada dia se sacrifica el que humilmente haze lo que à su Perlado le plaçe, para ser vno obediente procure con humildad, de negar su voluntad le mas prospera victoria, quel hombre puede tener es assi mismo vençer. Melchior de Sancta Cruz 1. par.fol.17.& 49.& 108.

NOTA pro declaratione, quòd si contingat quòd Prælatus præcipiat ea, quæ ad maiorem perfectionem Religionis pertinent; vt si (verbi gratia) præcipiat ieiunia, disciplinas, & alia, quæ non sunt in Regula, quamuis perfectius sit in tali casu ei obedire, tamen non obligatur Subditus in his obedire Prælato. Votum enim non obligat ad huiusmodi opera. Ratio est, nam quamuis Religiosus transtulit suum votum in Superiorem, tamen non simpliciter, & absolutè, sed secundum limites Regulæ; alioquin potestas Prælati erga Subditos se extenderet circa omnia etiam difficilima, vel impossibilia, quod est falsum; imò Papa, qui est supremus Prælatus, non potest me astringere ad maiores macerationes corporis, quàm sunt communes in Christianitate, vel in Ordine meo, nisi solum in pœnam culpæ meæ commissæ; vel quatenus expediret mihi ad obseruantiam Regulæ meæ, vel Christianitatis, quàm sum in Baptismo professus. Toletus de Instruct. Sacerd. tit. de Septem peccatis mortal. cap. de la obediencia. fol. 196.

SED dicet aliquis. An possit Religiosus professus, quamuis sit in carcere positus à suo Prælato de consilio Patrum, & Seniorum Conuentus, pro aliquo graui delicto à se commisso fugere à carcere contra obedientiam

tiam

tiam sui Prælati? Respondetur, quòd bene potest, videlicet quando agitur de periculo vitæ suæ; vel si condemnetur in perpetuum carcerem, vel in durissimam pœnitentiam. Ratio est, quia naturale desiderium conseruationis vitæ suæ, vel fugiendi à carcere perpetuo, vel à pœnitentia grauissima, facultaté concedit vnicuique fugiendi; & per nullum votum potest quis se obligare de non habendo desiderium fugiendi in simili casu. Sed nota, quòd non tenetur fugere ad vagandum; nec ad dimittendum habitum suæ Religionis, sed solùm ad præsentandũ se quantò citius poterit suo Prælato superiori, vel Summo Pontifici ad inquirendum ab eo aliquod remedium. Nota, quòd fugere non dicitur qui ad Superiorem vadit; & similiter non dicitur Apostata religione, qui exit animo reuertendi ad illam, aut ad aliam etiam laxiorem intrandi; aut qui fugit minis, sæuiente Superiore, aut meritò credens non esse professum; tunc enim potest, etiam dimisso habito fugere. Apostata enim est excommunicatus, si habitum dimittat, non assumpto alterius Religionis habitu; aliàs non. Salon de iust. quæst. 69. artic. 4. Ybañez de Iustitia, art. 4. Aphorismus Confessorum, tit. de fuga. & tit. Religio.

RELIGIOSVS debet esse rarus ad verba, idest parum loqui debet; considerans, quòd silentium, & solitudo causam en el alma gran consolacion, sunt muri Religionis, deuotionis, orationis, quas Religiosus secum habere debet; secundò considerans, quòd est seruitio Dei dedicatus, & propter hanc causam mundum dereliquit, quapropter loquela illius debet esse de spiritualibus, scilicet de rebus prouocantibus ad castitatem, deuotionem, & ad amorem Dei, non verò de sæcularibus, tractent enim fabrilia fabri, & ideò Dominus Ioannis cap. 24. dixit Discipulis suis, ipsi de mundo sunt, ideò de mundo loquuntur. Et similiter Religiosus tenetur se abstinere à verbis otiosis, & vanis multis de causis. Primò, quia talia verba extinguunt feruorem deuotionis, & sanctitatis illius, idest deuotionem, & sanctitatem, quas ipse secum habere debet. Secundò, quia audientes similia ab eo, escandaliçantur, & simul malum exemplum de se ipso præbet, & quod peius est, quod se ipsum similia loquentem, vanum esse declarat. Quiero decir que declara ser mas secular que Religioso. Tertiò, quia ille qui à verbis otiosis & vanis non se separat, parum proderit in seruitio Dei. Denique qui putat Religiosum esse, & non refrænat linguam suum, engaña su coraçon, y es vana su Religion. Finalmente el hablar poco, siempre fue proprio de Religiosos buenos humildes, y tambien de hombres deuotos, virtuosos, iuntamente es vn señal de gran prudencia, al contrario el hablar mucho, siempre fue de hombres seculares vanos locos, de poco juicio, y consideracion, y de ninguna religiositad, es de aduertir que el silencio, es la guarda del Religioso, para que biua en paz, y reposo, el que vsa mucho hablar indicio, es de gran locura, y al contrario el poco hablar es indicio de gran cor dura, en los Conuentos Religiosos se alla el silencio en los lugares, y tiempos, para el si-

lencio constituidos, y los Religiosos hablan poco, y como se deue conuiene à saber religiosa, y sanctamente, y submissa voce, desuerte que àquellos que los ojen hablar van edificados, por que tal Conuento todo es casa sancta, de oracion, silentio, deuocion, recogimiento, como à de ser, y no de resuillo ni de rumor, ni de anbrollamientos quiero decir de negocios en los Conuentos, donde no ay tanta religion, si no secundum quid, vel nomine tenus, no ay silencio, y los Religiosos hablan como quieren, y lo que quieren, y algunas veçes à disproposito, como si no fuesen religiosos, y los que los ojen ablar van algunas veçes mas escandalicados quel dificados, por eso conuiene à los Perlados que en sus Conuentos aya perfecta obseruancia de Religion, y no secundum quid, para que sus Religiosos en su hablar, y en las demas cosas den buena edificacion, y sean los que deuen quiero decir que sean perfectos Religiosos.

RELIGIOSVS in Cella debet se habere vtiliter, (idest non debet esse otiosus) quam tenetur valdè diligere; considerans, quòd sicut Columba (vt habetur Genes. 8.) non inuenit requiem extra Arcam Noe, ita Religiosus extra Cellam suam. Nota, quòd Religiosus tenetur fugere otium multis de causis, primò, quia otium est mater omnium vitiorum, & materua virtutum, scilicet orationis, contemplationis, & aliorum bonorum operum: secundò, ne præbeat malum exemplum otiositatis alijs cùm sit Religiosus, & Religio sit Schola virtutum, & non vitiorum, nec mali exempli: tertiò tenetur fugere otium, ne sit de illis hominibus, de quibus Vulgus ait, Est quodam genus hominum otiosorum, que como puercos no han nascido, ni son buenos, sino para comer, y estar ociosos. Finalmente el Religioso ecclesiastico, virtuoso hà de huyr en gran manera de la ociosidad, porque enseña mucha malicia, y es la escuela de la luxuria vellaqueria, y de la maldad. Assi como el agua encharcada, o detenida cria sapos, ranas, y otras sauandijas malas desta calidad: assi el hombre ocioso cria malos pensamientos, brutos appetitos, feos deseos. Hà de aduertir il Religioso, y tambien el secular, que si vna vez abre la puerta à la ociosidad, y se huelga de estar ocioso, le mando mucho trabajo, porque luego hà de entrar la murmuracion de aqueste, y de aquel, y todos los demas vicios de tropel por su Casa. Finalmente el hombre ocioso pone la boca en muchas cosas que no le tocan, ni le conuienen, y se oluida de si mismo, y de su consciencia, y de enmendarse en sus defectos.

RELIGIOSVS in Refectorio, siue in omni comestione, aut potatione se debet habere religiosè, ita vt mundè, honestè, & temperatè comedat, & sobre bibat, taliter se debet habere, vt abominationem, admirationem, aut malum exemplum non præbeat; considerare debet ante omnia Religiosus, quòd ille, qui est amicus Refectorio, inimicus est Oratorio, y que el que tiene gusto sobrado, en el paladar no le tendra, para orar reçar, ni contemplar. Secundò Religiosus considerare debet, quòd

tenetur

tenetur manducare non vt homo diues, scilicet explendide, sed vt hom o pauper, scilicet moderatè, temperatè; primò, quia paupertatem volu n-tariam professus est, el que voluntariamente quiso ser pobre, no à de querer imitar al rico en el comer, si no à los pobres. Secundò, quia R e-ligiosus castitatem professus est, quæ quidem paucis est contenta, qui vult seruare castitatem, & explendide manducat, videlicet vt homo di-ues, est sicut ille qui vult recedere à cane, & tribuit illi panem, el que quiere guardar castidad, y regala su cuerpo con buen comer, es como à quel que quiere matar el fuego con açeite. Tertiò, quia Religiosus, vt pœnitentiam faceret, reliquit mundum, eius gaudia, & comestiones. Quartò, vt præbeat bonum exemplum alijs suæ sanctitatis, paupertatis, & pœnitentiæ. Sed nota, quòd Religiosus præcipuè tenetur manducare vt homo pauper, si (verbi gratia) ex eleemosynis viuat, aliàs scandalum daret. No es bueno, sy algunos dicen ques vellaqueria acosta de las ele-mosinas de los pobres, comer como hõbre rico, el qual come de su ren-ta, y hacienda, y no haheho voto de pobreça, ni stan poco esta obligado à ser exemplo de penitencia de los demas, ansi puede comer como quiere. secus est, si Religiosus fuerit inuitatus, hà de aduertir el Religioso que los seculares en el mundo comen, para regularse el Religioso sola-mente à de comer para sustentarse, y que el que de dormir, y comer no se harta de la luxuria sea parta. Otros diçen quel Religioso à de comer como el que va càmino, el qual no pone mucho cuydado, ni trabaxo en buscar lo que à de comer, ni tan poco en gui sallo, y a como dallo, por-que su principal intençion es pasar como pudiere, y andar su camino ha-sta allegar adonde va; al contrario desto el Religioso sea de auer en la oracion, porque en tonçes à de estar de asiento de reposo con todo el coraçon. Frai Antonio de Gueuara Obispo de Mondoñedo en el libro llamado Oratorio de Religiosos, cap. 13. fol. 64. Melchior de Sancta Cruz 1. par. folio 27.

RELIGIOSVS in Dormitorio se debet habere quietè, vt alios Re-ligiosos orantes, contemplantes, vel literis operam dantes, vel silentium obseruantes, non inquietet, aut perturbet, en el dormitorio conuersacion es señal de poca religion. In Infirmitorio se debet habere non quærulo-sè: in Hospitio se debet habere lætanter; in Cameris verecundè, idest cum honestate; in Horto, siue in Prato tenetur se habere meditatiuè; in Locutorio non vana, aut otiosa tenetur loqui, sed tantum ea, quæ vtilia sunt, vt seruus Dei est. Considerare debet Religiosus, quòd talis est ho-mo qualis est eius conuersatio, & loquela, in prouerbio habetur, Per can-tum & vocem cognoscitur Auis, qualis illa sit. Et similiter Religiosus cum Infirmis tenetur se habere charitatiuè, compassibiliter; & per Conuen-tum, aut per Ciuitatem debet deambulare mortificatus, à vanitate, & su-perbia multum alienus, & separatus, est enim Religiosus homo mor-tuus mundo.

RELIGIOSVS cum sæcularibus nunquam tenetur apparere, nisi pro iusta causa, & necessitate, hà de aduertir el Religioso que la conuersacion de seglares à hogan la deuocion del que sta en religion. Abbas Arsenius, cùm diceretur ei; Cur volebat, vt eum nullus visitaret? Respondit, quia simul esse non possum cum Deo, & cum hominibus; nam eius conuersatio erat cum Deo, & talis debet esse conuersatio Religiosorum. Debet aduertere Religiosus, quòd sicut quantò plures rami ab arbore abscinduntur, tantò magis arbor in altum ascendit, & crescit, & meliores fructus facit, & producit. Ita Religiosus Deo dicatus quantò magis à se expellit negotia sæcularia, conuersationes humanas huius mundi, delectationes, & gaudia tantò magis crescit in vitæ, sanctitate, & se eleuat in altum oratione, contemplatione, & amore Dei, & quietus viuit, & lætanter; & tanto maiores consolationes recipit à Deo. Considerare debet similiter Religiosus, quod est parua, vel quasi nulla, delectatio rerum huius sæculi, respectu consolationis, delectationis, & quietudinis cœli; & similiter considerare debet, quòd ille qui quærit gaudia cœli vera, & æterna; tenetur relinquere gaudia terræ momentanea, parum duratura, & non sine amaritudine, aut scrupulo conscientiæ libera; cùm nihil in isto mundo tàm dulce reperiatur, quod non habeat partem amaritudinis. Sed de hac re vide clarius infrà, tit. de Monacho solitario consideratio, per totum.

Consideratio ipsis Religiosis necessaria.

